



74263

4x  
11  
13

Q. D. B. V.

# DONATIONUM JURA,

Magnifici Jctorum VVittebergensium

Ordinis indultu

PRÆSIDENTE

VIRO

*Nobilissimo atque Excellentissimo*

## DN. JO. FRID. SCHARFIO,

J. U. D. & F. P. ADJ.

*Patrono ac Promotore studiorum suorum*

*atatem devenerando,*

ad d. 16. Aprilis, horis consvetis

In Auditorio Jctorum

P. P.

## GODOFREDUS RUDOLPHI,

LOMMATIENSIS MISNICUS,

---

WITTEBERGÆ

E CHALCOGRAPHEO JOANNIS HAKII.

A. E. C. ∞ 156 LXXIII.





VIRIS

*Generosâ & maximè Strenuâ Nobilitate, Magnificentiâ, Am-  
plitudine atque Consiliis Eminentissimis*

DN. JOHANN. SIGISMUNDO à Pforte/

in Wefnig/ Buschwiß &c. Toparchæ

Sereniss. ac Potentissimi Electoris Saxonæ Comiti ac

Supremo Pincernæ splendidissimo, ut & Præfe-

cturæ Mülbergensis Capitaneo longè dignissimo.

DN. JOHANN. ERNESTO à Schlieben/

Toparchæ in Oderin &c.

Serenissimi Principis Saxon, CHRISTIANI præfecturæ

regiminis Lübbenensis longè dignissimo,

*Nec non*

Eorundem filiis

*paternarum virtutum*

*Æmulis omne laude dignissimis*

*Generosis atque Nobilissimis*

DN. JOHANN. RUDOLPHO à Pforte/

Eqv. Misn.

DN. JOHANN. JOACHIMO à Schlieben/

Eqv. Thuring.

hodiè in celeberrimâ hâc Leucoreâ Studio-

rum causâ degentibus,

Dnis. Mecœnatibus, Patronis meis

perquam Gratosiss

*Juridicam hanc dissertationem*

*Cum devoto perquam submissæ reve-*

*rentiæ cultu*

dat, dicat, Consecrat

*Juxtaque porro Magnifico Eorundem Patrociniò*

*se suâq; studia humiliter commendat*

A. & R.





DEUS adesto !

Qui & res penitus desperatas donare & consummare virtutis magnitudine potest

l. 1. §. 2. in fin. C. de V. §. E.

**F** Acturum me opera pretium existimavi, si Donationum Jura, impresentiarum examinanda, mihi seligerem. Facile quidem, ut à proposito abstinerem, materia, ceu altioris indaginis, quàm ut ab ingenio meo excuti pro dignitate possit, juberet, nisi πολυτροπικόν illud veniam dictitaret: In magnis & voluisse fat est. Si quid minus rectè minusq; appositè fuerit prolatum, non dubito fore ut benevolus Lector, pro amicâ, quâ pollet benevolentia, mihi ignoscat, de se ipso humani nihil alienum reputando. Omnium enim habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis est. Quod & à majoribus dictum. Intrepidè ergò rem ipsam sine ulteriori preloquio aggrediar.

§. 1.

**A**D essentiam cujuscunq; rei explorandam duplex vulgò exigitur *Definitio*, quarum una *nominalis* appellatur Logicis, *realis* altera. Illam habemus in l. 35. §. 1. ff. de mort. caus. don. ubi secundum PAULUM, Donationes dictæ sunt à dono, quasi doni dationes. Estq; vocabulum hoc raptum à Græcis, qui dicere consueverunt δωρεν ἢ δωρεῖν.

4 2

Anti-



Antiqui palmum vocabant  $\Delta\alpha\lambda\epsilon\gamma$ , quemadmodum  
PLINIUS indicat *lib. 35. Hist. Nat. c. 14.* & munera ideò  $\delta\alpha\lambda\epsilon\gamma$ ,  
quòd manu darentur. Unde Grammatici quoque  $\Delta\alpha\lambda\epsilon\gamma$   
à  $\delta\iota\delta\omega\mu\iota$ , veluti donum à do, descendere prætendunt, quòd  
munera semper generentur per manus palmum, tradente  
VITRUVIO *lib. 2. c. 3.* Adde quæ habet *SCIPIO GENTILIS*  
*in singulari Originum libro, voc. donatio, p. m. 280.*

§. 2. Multa apud Veteres in usu erant dona. Alia enim  
certis dabantur personis, alia statis anni temporibus. Cer-  
tis personis: Donum nuptialitium, quod nuptiarum cau-  
sa patrono dabat libertus, & amici novis nuptis, *l. Julian.*  
*ff. de bon. libert.* Donum natalitium, quod offerebatur  
recens natis infantibus, & patrono in die natali. Hæc  
duo exempli loco recitantur à JCTO *in l. 194. ff. de V. S.* &  
addit *GOEDDÆUS ad l. 18. ff. eod.* haud ineptè natalitia,  
vel natalium munera vocari & ea, quæ hodiè puerperis,  
plerisque in locis, donantur, ac initiatis infantibus. *Comm.*  
*de verb. & rer. signif. pag. 276. n. 11. & seq.* Porrò: Donum  
sponsalium, quod dabat sponsus aut socer aut socrus  
Sponsæ vel Socero, aut contrà sponsa Sponso. *VULTEJUS*  
*lib. 1. Jurisp. Roman. c. 18. n. 10. & seqq.* Arrhæ Spon-  
salitiæ, quæ à sponso sponsæ dari solitiæ in firmitatem spon-  
saliorum contractuum. Ex re sic appellatæ, vel à Græ-  
corum  $\alpha\epsilon\epsilon\alpha\gamma\epsilon\varsigma$ , quod firmum, incorruptum, stabile, si-  
gnificat, vel ab Ebræorum  $\text{קנין}$ , quod præter alia, quam-  
cunque cautionis & securitatis rationem comprehendit  
atque designat. De quibus in Disputatione mea de Spon-  
salibus, Altorphii A. 671. habita, §. 17. & seqq. Pertinent  
huc quoque munera,  $\Theta\epsilon\omega\pi\epsilon\tau\epsilon\gamma$  dicta ap. *HARMENOPU-*  
*LUM lib. 4. tit. 10. n. 7. 8. & 9.* quæ Sponsæ dabantur ante  
nuptias, cum se visendum præberet deposito flammeo:  
nam consuetudo olim erat, ut virgines vultum velo te-  
ge.



gerent. Philostrato dicuntur *ἀπτήρια*, & *ἀνακαλυπτήρια*.  
Unde ille Antipatri jocus, qui cum deformem duxisset  
uxorem, rogareturq; quando daturus esset *ἀνακαλυπτήρια*:  
quin potius *queritis*, inquit, quando *ἐγκαλυπτήρια*.  
Gallus dicit: *Dons faits à l'espoux, & à l'espouse le jour  
de leurs nocces.* Et denique *ἕνια*, munera hospitalia,  
quæ hospitibus dabantur. Quorum meminit HOMERUS  
*ὄδυσ. γ. & α.*, VIRGILIUS, 1. *Æneid. p. 121. & passim.* MARTI-  
ALIS *Epigram. III. ad Lect. in l. 13.* Sic etiam statis anni  
temporibus: Calendis Martiis dona mulieribus mitte-  
bantur ab amicis & cognatis, propterea quòd eo die pu-  
gnantibus inter se Romanis & Sabinis mulieres se inter  
arma intulerint & infesta dirempta acie, pacem concilia-  
rint. Deinde Festis Saturnalibus, quæ celebrabantur 1.  
Decembris, viris dabantur munera, Saturnalia dicta &  
Apophoreta. SÜETONIUS *in Vespasiano, c. 19.* LIPSIVS, 1.  
*Saturnal. c. 16.* Et ipsis Calendis Januariis boni augurii  
causa dona distribuebantur amicis, quæ Strenæ appella-  
ræ. Hic quidem mos quibusdam sublatus planè videtur;  
unde & à PANCIROLLO *lib. 1. rer. memorab. c. de donis*, in-  
ter olim deperdita refertur. Observatur tamen adhuc  
in multis Germaniæ urbibus.

§. 3. Distinguenda autem à se invicem sunt dona & mu-  
nera, ita ut donum propriè de rebus majoris precii, mu-  
nus de minoris, sive in pecuniâ sive in aliâ materiâ pecu-  
niæ vice fungente consistat, plerumque intelligamus.  
Quod more suo, hoc est accuratè nos docet, Magnif. Dn.  
D. ZIEGLERUS, Ordinarius noster sanctè semper suspi-  
endus, *in tractatu, quem Dicastice inscripsit, conclus. 20. pag.*  
*373.* Coniunguntur sæpè donum & munus, ut videre li-  
cet apud PLAUTUM *in Cistell.* CICERONEM *in Cluent. & in  
orat. pro Archia.* Grammatici verò hæc ita separant, ut

A 3

donum



donum sit quod Deorum placandorum causa aris infer-  
tur; munus, quod hominibus datur. Ideoque donum  
Deorum, munus hominum esse docuerunt CORNELIUS  
FRONTO *de voc. differ.* & DONATUS in *Terent. Eunuch.*  
*act. 5. sc. 8.* quod homines donando haudquaquam cum  
Diis paria facere possint, quomodo & SERVIUS ad *Vir-*  
*gil. Aeneid. 5. v. 54.* donum superiorum, munus inferiorum  
deorum interpretatur. *Conf. SCIP. GENTILIS, Parergor.*  
*ad Pandect. lib. 1. c. 20. circa fin.* Quam tamen differen-  
tiam semper ferè confundunt Historici atque Poëtæ, qui  
dona hominū dicunt, munera Deorum. Videatur AUSO-  
NIUS POPMA *de differ. verb. lib. 2. p. 107.* Jcti volunt, inter  
donum & munus esse hoc, quod inter genus & speciem,  
*l. munus. 18. l. inter donum. 194. & l. 214. ff. de Verb. Signif.* Do-  
num nempè esse omne quod datur quacunque ex causa;  
munus, quod officii gratia exhibetur. Ita illud genus, hoc  
speciem esse. Vel, donum significare id quod nullo ju-  
re officiove cogente spontè præstatur; munus esse quod  
necessitatis aut officii causa exhibetur, ut sunt munera  
natalitia, sponsalitia, nuptialia &c. Hinc PAULLUS in  
*l. 53. ff. de V. S.* verborum proprietate non pro conjunctis,  
sed disjunctis ac separatis speciebus, etiam in prætoris e-  
dicto hæc haberi monet; ut patet ex *l. 37. ff. de oper. libert.*  
Consulatur GOEDDÆUS *de verb. & rer. signif. pag. m. 274. &*  
*seqq.* CALVINUS in *Lexico Juridico fol. 306.* Quæ cum ita  
sint, plus certè donum esse voluerunt, quàm munus. Ea-  
que ratione POMPONIUS munus immodicum à marito  
uxori missum, in donationem degenerare scribit, *l. 31. § 8.*  
*ff. de donat. inter V. & U.* & cum donatio inter virum & u-  
xorem aliàs prohibita sit; alia tamen est causa munerum.  
CUIACIUS *lib. 6. observ. 18.* Sed hæc pluribus persequi  
jam non vacat.



§. 4. Cæterum donationis vocabulum est ex numero eorum, quæ dicuntur ἀφ' ἐνός τῶν ἐν, cum κατ' ἐστὲν dicatur de donatione propriè sic dictâ, cum quis eâ mente dat, ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti, κατ' ὕστερον etiam de donatione impropriè sic dictâ, quæ fit sub conditione; per tradita JULIANI in l. 1. ff. h. t. BACHOV. in comment. Inst. h. t. & in not. ad Wesenbec. n. 3. ALEXAND. RAUDENS. in tract. de univoc. equivocis & analogis, c. 6 n. 1. & 8 ff. h. t. Unde in genere definitur actus, quo res vel absolutè vel relativè in alium transfertur. Ex potiori verò significatione ita definienda, quod sit: *Actus personarum ultrò citroq; habilium, quo res de jure non prohibita gratuitò & in perpetuum, legitimis modis, in alium transferuntur, liberalitatis exercendæ gratiâ, jure gentium nec non civili firmatus.* Generis loco ponimus actum, per l. 19. ff. de V. s. cum Præceptoribus nostris, DN. D. STRUVIO, in Synag. Jur. Civ. Exerc. 40. §. 2. p. 493. REBHANIO in Hodeget. Jur. chart. 2. clim. 2. §. 28 p. 61. D. NERGERO in privati prælect. ad Schnobel. disp. 19. th. 23. ff. de donat. quibus libens juris studii notitiam gratâ mente in acceptis refero. Alii volunt donationem esse contractum, secundû HOTOMANNUM, in disp. Jur. Civ. de donat. omn. gener. c. 1. BARTOLUM in l. 7. n. 2 ff. de pact. & JASONIBID, n. 9 WESENBE C. in tit ff. de donat. n. 2. CORRAS. lib. 1. Misc. 23. Sed malè, quippe contractus conventionione constat, l. 1. §. 3. ff. de pact. & ex diversis animi motibus collecta sententia est, l. 31. ff. de O. & A. Donationes verò, ut ex propensa voluntate meraqve liberalitate procedunt, l. 29. pr. ff. de donat. l. 82. pr. ff. de R. J. ita & promptè acceptari solent. Præterea contractus ac donatio sibi invicem opponuntur, in l. 14. ff. de precar. l. 1. §. si uxor. ff. de donat.



donat. inter V. & U. l. 20. §. 1. ff. loc. conduct. l. 6. §. 2. ff. mand.  
l. 43 ff. de admin. & peric. tut. Et quid est contractus? con-  
ventio cum causa vel habens in se negotium, l. 7. ff. de pact.  
l. 15. ff. de praescriptis verbis. FORSTERUS de pactis c. 4. mem. 2.  
In donatione non geritur negotium d. l. 14. ff. de precar. l.  
18. ff. de donat. l. 35. §. fin. C. eod. l. 194. de V. S. Nov.  
162. c. 1. non habet donatio mercimonii causam & ne-  
gotiandi formam, Es ist keine Handlung dadurch man  
parthierung und Kammerschaft treibet; GOEDDAUS  
de contr. stip. c. 1. n. 34. cum non fiat negotii faciendi ani-  
mo, nec commercii causa, sed ut liberalitas exerceatur,  
l. 1. l. 29. ff. de donat. non ut donatori aliquid acquiratur,  
DUARENUS c. 5. de don. eoq; donandi & perdēdi causas ex  
propinquo inter se cognatas esse Jcti existimaverunt, l. 7.  
ff. de donat. SCIP. GENTILIS lib. 1. parerg. c. 5. (licet hoc de in-  
consulta donatione, de qua SENECA lib. 4. de benefic. c. 10.  
accipiat TILEMANNUS disp. de don. th. 2. quod aliās, se-  
cundū MARTIALEM, sit extra fortunā quicquid donatur  
amicis, fac. §. 1. d. l. 7.) Frustrā igitur DD. operosē disputant,  
sitne donatio contractus innominatus, an nominatus? ut  
contendit GOMEZ. 2. resol. 4. n. 1. ubi donationē inter con-  
tractus consensuales refert. Et, si nominatus, cur olim non  
produxit actionem? cui nodo solvendo distinguit BAR-  
TOLUS d. l. inter contractus, qui denominātur ab actu pa-  
ciscendi, & eos, qui ab actu exeqvendi. Ac ineptē JASON  
ibid. d. n. 9. cōtractus innominatos dividit in respectivos,  
quorum sint quatuor genera enumerata in l. 5. pr. ff. de pra-  
script. verb. & simplices, ad quos referri debeat donatio  
& pactum nudum. BERNH. SUTHOLT. dissert. 6. §. 35.  
Pleriqve quod magno molimine magnas hīc agant nu-  
gas, scribit VINNIUS, ad pr. Inst. de donat. n. 2.

§. 5. De-



§.5. Definitionem excipit *Divisio*, quæ ideo inventa  
ut faciat ad majorem rei declarationem, commodiorem  
quæ ac faciliorem perceptionem, nec non ad memoriæ  
ingeniosam reformationem, eleganter ait *MOZZIUS de*  
*Mutuo art. 1. n. 3. 7 & 8. Gloss. in proem. J. §. igitur. in verb.*  
*easdem Instit.* Dividitur autem donatio *in propriam*  
sive absolutam, & *minus propriam* sive conditiona-  
lem, *l. 1. pr. ff. de donat.* Propria, quæ & simplex dici-  
tur, *l. 20. §. 3. ff. famil. ercisc. l. fin. §. simplices. C. de donat. ant.*  
*nupt.* fit ob solam liberalitatem exercendam, *l. 29. ff. de*  
*donat.* Est quæ gratuita ac perpetua in aliquem collatio;  
quatenus scilicet traditione statim confirmatur. *B.*  
*ECKOLTUS in Compendiaria Pandectar. tractation. p. 549.*  
Improperia est, quæ non fit ob solam liberalitatem, sed ob  
aliam quoque causam, eamque vel præteritam vel futu-  
ram. Dicitur alio nomine etiam relata, seu certâ rati-  
one limitata donatio, à *DN. STRUVIO d. Exerc. 40. §. 3.*  
*& §. 17.* Et huc pertinet *donatio remuneratoria*, quæ fit  
propter merita vel præcedentia vel futura, modò talia  
sint, quæ aliquam in se habent præstandi necessitatem, &  
quorum nomine petitio extra ordinem concedi solet,  
*arg. l. 27. ff. de don. aliàs enim propria erit donatio, arg. l. 29.*  
*ff. eod.* Est autem donatio modò magis modò minus im-  
propria, v. g. si quis Advocato in levi causa patrocinium  
præstanti magnam pecuniæ donet summam, quæ magis  
est pura donatio. *BACHOVIVS ad Treutl. vol. 2. disp. 19.*  
*ch. 8. L. a. & th. 3. L. e.* Ad remuneratoriam itaque specia-  
lia & singularia requiruntur merita, *l. pen. §. 1. ff. de donat.*  
aliàs omnes remuneratoriæ fierent donationes; quippe  
cum nullæ facilè sine causa aliqua fieri soleant, *l. 9. ff. pro*  
*so.*

B

so.



*Soe.* Porro: *Mortis causa donatio*, quæ fit cogitatione mortis, vel suæ vel alterius, *l. 18 pr. ff. de mort. caus. don.* aut periculi alicujus, *l. 1. & pass. i. t. ff. de m. c. don.* sive jam instantis, sive formidati, *l. 3. cum ll. seqq. ff. eod.* modò expressè mortis mentio facta erit; aliàs donatio inter vivos præsumetur, *B. CARPZOV. lib. 5. Respons. 55. t. 7. n. 2.* cùm moriens potiùs donet, *l. 42 § ult. ff. de m. c. don.* Formulà istà: Si quid mihi humanitus contigerit; si quid acciderit; si quid mihi fatale acciderit, *l. 162. § 1 ff. de V. S.* Occurrunt in *l. 26. ff. de pos. l. 41. §. 12. ff. de leg. 3.* Græci: *ἐάν τι συμβῆ, ἐάν τι πάσχω, ἐάν τι συμβῆ ἀνθρώπινον.* Sic Xenophon donarium Dianæ confectum & apud Megabyzum, ædituum relictum hac lege, ut, si salvus è prælio redisset, sibi restitueretur, cavit; sin quid accideret, *ἐί δέ τι πάσχοι,* Megabyzus Dianæ dedicaret. *XENOPH. ἀναξασ. lib. 5. p. 274. n. 10.* Sic Philippus Rex Argivorum urbem Nabidi velut fiduciariam dedit, ut victori sibi restitueret, si quid adversi accidisset, ipse haberet. *LIVIUS lib. 32. c. 38.* Adde donationem Herculis, apud *EURIPIDEM Alceste,* & Telemachi, apud *HOMERUM, Ὀδυσ. p. circ. princip.* quam etiam refert *IMPERATOR JUSTINIANUS in fin. §. 1. Inst. de donat.* Pertinet quoque ad donationem relatam seu impropriam, *Donatio propter nuptias*, quæ causa nuptiarum & in remunerationem securitatemque dotis, sponsus vel maritus, aliusve hujus nomine, aliquid in uxorem confert, ut illius fiat, perinde ac dos mariti, *§. 3. Inst. de donat.* Hæc hodiè ab usu secessit, in vicem verò illius obtinuit, & ad instar donationis propter nuptias est, quod vulgò *Dotalitium* dicitur. quo de peculiare Dissertationes ediderunt Consummatissimæ eruditionis Viri, *J. C. T. emeriti, D. N. D. TABOR & D. N. D. RICHTER.*

*Ve-*



Velitat. Academ. volum. 1. velitat. 10. & 39. Novum hoc  
Imperatoris inventum est, inquit SITHMANNUS in  
Nucleo Jur. Civ. ad tit. 7. de donat. pag. 290. mediam nam-  
que Jurisprudenciam, i. e. Jctos sub Cosf. latuit, juniori-  
bus autem Principibus, fortè Maximiniano, dicta est *donatio*  
*ante nuptias*: deinde Justino patri adoptivo Justiniani (ait te-  
xtus, *Divus Justinus Pater noster, in §. 3. Inst. de donat.*) visa est *an-*  
*te vel post nuptias* dici, ex ratione in textu adducta. Ultimò me-  
liore ratione à Justiniano appellata est *propter nuptias, d. §. 3.* atq;  
idedò constituta, ut securior sit uxor de dote, & si fortè  
maritus eam alienet, aut prodigaliter consumat, vel aliter amit-  
tat, damnum inde suum possit repetere, *l. ult. & 1. 2. C. de donat.*  
*ant. nupt. BRUNNEMANNUS ad Auth. sive C. ad SC. Vellejan.*  
*& l. 16. C. de don. ant. nupt.* Hinc donatio isthæc æqualis esse de-  
bet doti, ex Jure Justiniano: quæ æqualitas tamen moder-  
nis locorum moribus amplius rigorosè non observatur; imò &  
constante matrimoniò hucusque augeri potest. Vide sis DN.  
D. PHILIPPI *Usum Practicum Institut. Justinian. pag. 351. num. 5. 6.*  
*& 7. G. SCHULTZII Synopsis. Inst. lib. 2. tit. 7. pag. 112. & seq. lit. (c).*  
Græcis vocatur ἀντιφέρωα sive ἀντιτάκωσις. German. Die Ge-  
genvermachung / Gegenvermachniß: quæ differt ab illo dono,  
quod maritus uxori virgini, in præmium amissæ virginitatis, &  
vicissim interdum vidua juveni largitur, *LandR. lib. 1. art. 20.*  
Estque eomplurimum catena aurea vel certa pecuniz summa:  
vulgò die Morgengabe / seu Sponsalitia largitas, jure Saxonico in-  
ter Nobiles introducta, *CARPZOV. p. 3. c. 33. def. 20. n. 4. & lib. 6.*  
*Resp. 60. n. 5. WESENBECIUS de jur. dot. n. 11. ibiq; HAHNIUS*  
*pag. 178. part. 2. & DN. D. NERGERUS, in prælect. publ. ad tit. ff. de*  
*jur. dot.*

§. 6. His ita prælibatis, considerandæ nunc veniunt  
*Causæ.* Omnis enim doctrina illustrior fit sæpè cogitata, &  
assensione firmitior, cum in usu experimur illius causas, siqui-  
dem juxta PLATONEM in *Timæo*: Nihil sine causa: cui ad-  
stipulatur ARISTOTELES in *Poster. l. acroam. & 1. 2. 5. Met.* Sci-  
re, inquit, est rem per causas cognoscere: & sciri dicitur id,  
B 2  
cujus



cujus causa perfectè est cognita. Offert se hic primò locò  
*Efficiens*, quæ remota partim, partim propinqua. Donatio-  
num efficiens remota: Jus Gentium, cum quis donat & statim  
trahit, arg. § 41. *Inst. de R. D.* propinqua verò, Jus Civile, cum  
donatio non solà traditione sed & aliis fiat modis: *per tradit*  
*CL. MEIER* in *Colleg. Jur. Argentorat. ad tit. de donat. th. 4.* De-  
inde *Materia*, seu causa materialis, quæ æquè, ut illa prior,  
duplex est: *in qua*, subjectumque dicitur, & *circa quam*,  
objecti nomine veniens. Subjectum sunt personæ, partim quæ  
donant, partim quibus donatur. Donare possunt omnes, li-  
beram rerum suarum administrationem habentes, arg. l. 7. *pr. ff.*  
*de don. § l. 21. C. mandat.* nisi ex speciali Juris dispositione de jure  
prohibeantur, arg. l. 43. § 1. *ff. de procuratorib.* Prohibentur autem:

*I. Conjuges sibi invicem*, ob rationes in l. 1. 2. & 3. *ff.*  
*de donat. inter V. & U.* assignatas. Unde *PLUTARCHUS* in li-  
bello, quem appellavit γαμικὰ καὶ ἀγαγέλευτα, judicat videri ab-  
surdum, inter conjuges aliquid esse quod non esset commu-  
ne; quasi inter eos utriusque fortunæ, prosperæ & adversæ  
coita sit societas, qua alterum rerum alterius quodammo-  
do dominum faciat. Verba Ejus latinè reddita ita sonant:  
*Talis opum communitas maximè conjugium decet, ut in unam omnia  
congerant commisceantq; substantiam, neq; pars habitus alia pro-  
pria, alia aliena habeatur, sed omnia propria ducantur, ni-  
hil alienum.* Et aliquantò inferiùs: *Romanus Legislatores  
inquit, lege cavet, ne conjugum alter alteri donaret quicquam,  
non ut nullius rei participes fierent, sed ut omnia communia ju-  
dicarent, l. 1. ff. de action. rer. amotar.* Interdum tamen donatio-  
nes ab illis invicem factæ subsistunt, si juramento aut morte do-  
nantis confirmatæ fuerint, arg. c. 28. *X. de jurejur. l. 32. § 3. ff. § l. 24.*  
*junct. l. 25. C. de donat. inter V. & U. add. c. fin. X. eod.* Valent quoque  
donationes inter Conjuges, si fiant mortis causâ, arg. l. 9. § fin. *§ l.*  
*seq. ff. de mort. caus. don. § l. 27. eod.* Item reciprocarum sive renuncia-  
toriarum donationes, de quibus *MYNSINGERUS cent. 2. obs. 33. n. 2. §.*  
*6. & seqq. GAILLIUS lib. 2. obs. 40. MEVIUS ad Jus Lubec. lib. 1. t. 6. art.*  
*2. n. 1. seqq.* talesq; plures donationes permissas videre licet apud  
**ECKOL.**



ECKOLTUM d. tr. pag. 340. Jure Saxonico valet donatio Gerada remuneratoria, per ea, quae tradit & requirit CARPZOVIIUS part. 2. c. 13. def. 2. & multis seqq. Moribus Brandeburgensibus donatio inter conjuges praesertim quartae partis omnium bonorum mobilium & immobilium fieri potest, si liberos non habeant, tradente SCHEPLIZIO ad consuet. Brand. part. 3. t. 2. §. 6. imò valet etiam si unus conjugum ex priorè matrimonio liberos habeat, *ibid.* ad §. 7 n. 28. & seqq. ceterum si donatio illa in judicio ibi peragitur, ex parte mulieris curator adesse debet. Vide latè de donatione hac agentem Scheplizium d. loc. add. DN. STRUVIUS, exerc. 30. th. 23 & seqq. GAILLIUS lib. 2. obs. 40 & obs. 126. n. 2. 30 & 4. Notissima quoque Germaniae consuetudine & in Camera Imp. praedictis firmata mutua vel simultanea conjugum donatio (si nulli adsint liberi) quae omnia alterutrius bona post mortem unius alteri superstiti quaruntur, invaluit. Conf. DAVID. MEVIUS ad Jus Lubec. d. l. 1. t. 6. art. 2. n. 12. & MYNSINGER cent. 2. obs. 33. Apud Belgas autem ea, quae hic de donatione inter conjuges dicuntur, nullum habere usum existimo, quod ibi per matrimonii vinculum conjugum utriusque bona tam quoad possessionem quam dominium communia fiant, attestante GROTIO, *introduc. lib. 2. p. 11. n. 4* GROENEWEG. ad tit. *Inst. quib. alien. licet vel non.* nisi de bonis constante matrimonio acquisitis & communicatis sermo sit, quò casu res paulò aliter se habet.

II. *Paterfamilias*, qui filio in potestate constituto donare nequit, *l. 1. C. de h. t. & ibi Gloss. l. 25 pr. C. de donat. inter V. & U. l. 1. §. 1 ff. pro don. l. 2. §. 1 pro hered.* Nam pater & filius una eademque persona esse censentur, *l. ult. C. de imp. & al. sub. l. 22. §. ult. de ag. & cen. Gl. in l. 17. §. 4 ff. de pact.* atque vox patris vox filii appellatur, §. *si quis. v. ei vero. Inst. de inutil. stipul.* ita ut etiam si pater stipularetur filio (quod Juris est non facti, *l. 130 ff. de V. O.*) eò ipsò & stipulatione sibi accepto faceret, & rem teacquireret, *d. §. Inst. l. 1. pr. ff. si à par. quis man. l. 79. de acq. hered. §. igitur liberi. Inst. per quas pers. nob.* imò sibi ipsi donaret, SCHNEIDÉWIN. ad §. *alia f. h. t. DN. à BEUST ad l. 1. de jurejur. n. 120.* cum tamen inter dantem & accipientem differentia esse debeat, *arg. l. 56. §. 1.*



ubi videatur *CUIUS ACIUS*. ff. de fideicom. Quibusdam casibus autem donatio filiofamilias à patrefacta subsistit, ut si in militiam proficiscenti filio res quasdam donaverit pater, l. 4. C. famil. hercisc. l. 1. C. de castr. pecul. Vel si donatio morte patris, l. 25. C. de don. inter U. & H. vel aliis modis confirmata fuerit, *ECKOLT*. d. tract. p. 550. *BRUNNEMANN* in repetit. paratit. Wesenb. tit. de donat. q. 9. pag. m. 487. vel si facta in compensationem ac remunerationem meritorum certorum, arg. l. 3. ff. de obseq. par. & patr. prest. l. 77. §. 25. ff. de leg. 3. *HAHNIIUS* in not. ad Wesenb. b. t. n. 4 p. 448. *MOLLERUS*, lib. 2. Semestr. c. 16. *GAILIUS*, lib. 2. obs. 38. n. 15. nec non si iuramentum accesserit, *RITTERSHUSIUS* de differ. Jur. Civ. & Can. lib. 3. c. 18. *STRUVIUS* d. exerc. 40. tb. 7. Jure Saxónico donationes inter patrem & filium nondum emancipatum subsistere refert *WESENBECIUS* parat. ff. de donat. n. 4. Quod & in Gallia & Antverpiæ consuetudine receptum, tit. 36. art. 12.

III. *Filiusfamilias*, l. 7. pr. & §. ult. ff. de donat. l. 28. §. si filius. ff. de pactis. qui absque patris consensu donare haud potest, nisi peculium habeat castrense, vel quasi castrense, cum in eo vicem patrisfamilias obtineat. l. 3. C. de castrens. pecul. d. l. 7. §. ult. ff. de don. & nisi liberam peculii administrationem habens, iustâ ratione ad donandum moveatur: veluti si matri, aut aliis conjunctis donec personis; aut in magna dignitate constitutus. d. l. 7. §. 1. & seqq. ff. de donat. Nov. 117. c. 1. aut agens in peregrinatione vel studiis, *BRUNNEMANN* in d. repetit. π. Wesenb. quest. 10. *ECKOLT*. d. tr. pag. 549. & seq. Inter conjunctas personas refertur etiam Præceptor, cum sit parens animi ac mentis, ut id declarat *QVINTILIANUS* lib. 2. Instit. Orat. c. 1. Gl. ad l. liberto. verb. debet. ff. de obseq. parent. & patr. Hinc Alexander Imperator præceptorem suum Domitium Ulpianum, parentem suum vocavit, l. ex divi. circ. fin. C. de Locat. tum quod duplici honore digni sunt Doctores, juxta monitum D. Pauli, 1. Tim. 5. v. 17. tum quod habemus à parente, ut vivamus, à præceptore ut rectè vivamus. *ERASMUS* in Chil. 4. cent. 5. pag. 934. Alexander Rex cum interrogaretur, utrum magis desideraret patrem Philippum, an Aristotelem præceptorem? Magistrum inquit: Ille enim ut essem, hic ut



lit præclare essem, autor fuit. Nec dubium, quin magna sit affectio erga præceptorem, ideoque rectè conjunctis annumeratur personis, de quibus PÆTR. GREGORIUS THOLOSANUS in Syntagm. Juris universi lib. 46. c. 10. n. 2. pag. 661. col. 1. Sicut enim à parentibus est participatio substantiæ: ita ab illis, qui erudiant, participatio doctrinæ. Unde Salomon, quos instituit, in proverbiiis & alibi vocat filios, Proverb. c. 6. Ecclesiast. c. 1. 2. 4. 21. & 32. Jus quod, Canonicum monet per instructionem ad fidem contrahi filiationem & cognationem spirituales. C. P. RICHTER. Consil. & Respons. Jur. Volum. 1. part. 4. consil. 42. n. 29 30. 147. & 288.

*IV. Infantes, furiosi & mente capti.* Illi quidem, quia intellectu & *λογικῆς* destituuntur, l. 5. ff. de R. J. S. 9. Instit. de inutil. stipul. & expendere nequeunt, quæ sint donanda, aut quibus, quomodo & ubi honestum, quod à liberali requirit ARISTOTELES, lib. 4. Ethic. c. 2 & 4. Infantes in Jure nostro dicuntur, qui sunt minores septem annis, l. 18. C. de jure delib. l. 1. §. sufficit. ff. de administr. tut. Abs re dissentit ANT. FABER lib. 1. Jurispr. Papin. tit. 12. pr. 6. illat. 8. cujus innovandi libidinem castigavit OSW. HILLIGER, l. 7. cap. 9. lit. D. Sanè Germanicus Cæsar apud TACITUM II, 70, 1. *Quid infantibus, inquit, liberis eventurum?* Inter quos tamen Caligula tum propè septennis, Agrippina triennis, Julia deniq; recens nata erat. Id. TAC. II, 54, 1. SÆTONTIUS in Calig. cap. 7. Græcis idè *ἄφωνος* dicitur infans. Nomen autem habet ab impotentia fandi, quod, licet ferè articulatam vocem edere incipiat, dum cunabulis se subducit, cum judicio tamen & *ἠθικῆς* morali nondum existimetur loqui posse, l. 1. §. 2. ff. de administr. tut. Vid. PAUL. ZACHIA lib. 1. Qq. Medico-Legal. tit. 1. q. 3. Qua forte ratione excusari potest Interpres Gallus, qui superiorem Taciti locum vertit: *ses enfans encore incapables de parler.* Melius tamen Italus: *che auverrebbe di poi à teneri figliuolini?* & alter Gallus: *ses enfans encor fort jeunes.* Quod hîc obiter. Cæterum illud non magis ferendum in CUJACIO, quod infantes, quam quod fœminas, homines esse negat, lib. 6. obs. cap. 21. add.



21 *add. HILLIGER. loc. alleg.* ubi plura de infantibus notabilia vide. De Furiosis & mente captis res est expedita, quod scil. donare nequeant, l. 23. §. 1. ff. de don. l. 10. §. 1. ff. de curat. furios. l. 2. in fin. ff. de procurat. & c. cum non donet ignorans & invitus, l. 10. C. de don. at furiosi nulla voluntas, l. 47. ff. de acq. hered. l. 40. ff. de R. J. nullus consensus, l. 2. C. de cont. emt. imò absentis loco est, l. 124. ff. de R. J.

V. *Tutores & Curatores*, l. 22. ff. de administ. & per. tut. Limitationes tamen vide apud ECKOLTUM in d. tr. pag. 370. & 371. Quibus annumerandi administratores civitatum, quia causas sibi commissas administrare, non perdere debent, arg. l. 38. ff. de pact. l. 2. §. 8. ff. de administrat. rer. ad civ. pertin. perdere autem videntur, si donant, l. 7. in pr. ff. de don. In Jure Romano donare & perdere æquiparantur. Ait enim ULPIANUS l. 7. ff. de donat. Filiofamilias, cui libera peculii administratio concessa est, non licere donare alteri, quia non in hoc concessa sit, ut perdat. quodq; confirmat Oppidius ille apud HORATIUM lib. 2. Sat. 3. Sed excipit idem Jctus: nisi justâ causa motus donet, ut puta amico & idoneo viro. Nihil enim minus perditur. Unde illud tritissimum in Epigramm. MARTIALIS:

*Extra fortunam est, quicquid donatur amicis.*

*Quas dederis, solas semper habebis opes.*

Ex quo lucem capit SENECA, in illo Rabirii Poëtæ de M. Antonio Triumviro, hemistichio: *Hoc habui, quodcunq; dedi.* Ita enim eum exclamantem fecit, cum nihil jam reliquum sibi factum videret à fortuna, præter jus liberæ mortis. Significat ergò, se eas solas opes in vita habuisse, quas amicis suis dederat, quod verum est: fuit enim profusa & insana quadam ad donandum homo liberalitate, quod & Historiæ docent, & ei CICE-RO tanquam vitium objectat. Habuisse verò, quas dederat, opes, civile bellum clarè aperuit: nec ea Rabirii mens fuit, ut tradit SCIPIO GENTILIS, lib. 1. parerg. c. 2.

VI. *Senes deliri*, & qui, juxta VARRONIS proverbium, bis pueri effecti sunt: quoniam intellectu carent, ac non corpore solùm, sed & animo consenuerunt. Ideoque idem haud-



haudquaquam sentiendum de his Senibus, qui vegeto adhuc iudicio sunt; siquidem sola senectus donationem non impedit, sed illa demum, quæ delirium & pueritiam secum attert, l. 16. C. de donat. Senectutis tres gradus facit Medicorum princeps GALENUS, lib. de tuend. valetud. & cum eo PAUL. ZACHIA, Qq. Med. Legal. q. 9. & 10. Unum, quando jam ad detrimenta quidem gravioris atque senilis ætatis homo vergit, ut loqui amat Divus AUGUSTINUS, lib. 22. de Civit. Dei, c. 15. sed adhuc tamen ad Rempubl. gerendam ac solita munia, domi præsertim, capax est. Et hunc ferè Philosophi ab ætatis anno quinquagesimo, quo etiam immunitas à militia olim præstatur, incipiunt, ÆGID. ROMAN. annot. ad Arist. lib. de senect. & juv. SENECÆ de brev. vit. cap. 9. Quæ etiam sententia inter Jctos frequentior, teste MENOCHIO, de A. J. Q. & C. cas. 59. n. 1. Alterum, quo quies & delicatior homini vita debetur. Prima vita tempora, inquit PLINIUS, & mediæ patriæ, extrema nobis impertire debemus. Lib. 4. Epist. 23. Atque hinc isto ætatis articulo ab oneribus juniorum vacationes indulgentur, eademque pro qualitate negotiorum modo citius, modo serius, l. 2. §. ult. ff. de decur. l. ult. C. qui ætat. se excus. §. 13. Inst. de excus. tut. l. 3. ff. de jur. immun. Tertium denique, quo jam quasi pompa funeris peragitur. Atque in hoc quia ferè repuerascunt, & ut ille apud PLAUTUM faretur Epid. III. 2. delirant senes: ideò si quid forte tum delinquant, venia ipsis dari, aut mitius cum iis agi, proque ratione circumstantiarum arbitrariè puniri solent. c. 24. dist. 86. Hinc Alaricus Gothorum Rex apud CLAUDIANUM de bell. Get. v. 521. Si non mentis inops, fraudataque sensibus ætas, præberet veniam &c. Conf. CARPZOV. pr. crim. quest. 145. n. 34 seqq.

VII. Uxores, quæ res dotales, ne quidem consentiente marito, l. 21. C. de donat. donare possunt: quia lex Julia donationem inhibet, l. 1. ff. & C. de fundo dotal. At res paraphernales, cum nulla lex prohibeat, alienare ac donare benè possunt, l. 6. C. de revocand. donat. l. 8. C. de pactis convent. BRUNNEMANNUS, in Repetit. Wesenb. ad tit. de don. qu. 8. pag. m. 487. Cæterum moribus Gallorum & Saxonum feminae indistinctè absque maritis  
C nihil



nihil donare queunt: qui non sui, sed alieni juris; adeoque in tutela ac potestate maritorum sunt, teste WESENBECCIO in *o. ff. de don. n. 4. add. STRUV. d. exerc. th. 6.* Jure enim Saxonico maritus statim nuptiis contractis uxoris suae curator efficitur, *LandR. lib. 1. art. 31. vers. Wann ein Mann / § art. 45. in pr. item lib. 3. art. 45.* sine cujus voluntate deinceps nihil alienare debet, *d. art. 31. § art. 45. lib. 1.* Quod si autem ipsi marito donare velit, alio insuper Curatore peculiariter ad hoc constituto (Kriegischen Vormund) opus habet, prout ita consuetudine observari testatur DAN. MOLLERUS *ad Constit. Elector. 15. p. 2. n. 48. & seqq.* Secus tamen est in donatione mortis causa facta, quae mulieri permittitur, etiamsi consensum mariti, si nempe extraneo, vel alterius Curatoris, si ipsi marito mortis causa donare velit, non adhibuerit, per ea quae eleganter tradit ANDR. RAUCHBARRUS, *Qq. Juris Civ. & Saxon. p. 1. quest. 32. n. 3. & seqq.* Hancque sententiam Juri magis consentaneam dicit MOLLERUS *d. l. n. 70.* & secundum eam à Scabinis Lipsensibus suo tempore judicatum esse, eandemque sequi tam in judicando quam respondendo Collegium Juridicum Wittebergense ac Lipsiense GEORG. SCHULTZ. *in Synops. Instit. ad lib. 2. tit. 7. de don. lit. (a).*

**IIX.** *Servi, jx. l. 28. §. 2. ff. de pactis. l. 79. ff. de acquir. vel omit. hered.* Jure enim Civili nihil habent proprii, & quicquid acquirunt, Dominis acquirunt, *§. 3. Inst. per quas pers. cuiq. acquir.* Hodie verò, priscam illam servitute sublatam, servi nostri res proprias habere, & consequenter donare possunt, ut post ZASIUM & BARONEM à se citatos notat OBRECHTUS *in Oeconom. donat. disp. 1. th. 120.* Servitus est & dicitur constitutio Juris Gentium, *l. 4. ff. de stat. hom.* Cum enim eodem Gentium jure hostes bello solemniter utrinque occidere liceret, cujus rationem vide apud GROTIUM *de J. B. & P. lib. 3. c. 4. n. 3. 4.* ut aliquo commodo deliniti captives libenter abstinerent à summo illo rigore, servitus ipsis oblata est, quae captos servatosque victoris, eorumque, ad quos ille jus suum transmissurus sit, perpetuis ministeriis manciparet. Quod testatur Cyrus Persarum Rex apud XENOPHONTEM *Lib. 7. his verbis: νόμος ἐν πάσιν ἀνθρώποις αἰδίος ἐστίν, ὅταν πολεμήσῃ πόλις ἀλλῶ, τῶν ἐλόντων εἶναι*



εἶναι, καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χρήματα. Et PLATO  
in lib. 1. de LL. affirmat, πάλαι τὰ τῶν νικηθῆσαν ἀγαθὰ,  
τῶν νικηθέντων γίγνεσθαι. ARISTOTELES lib. 1. Polit. c. 4. ὁ νόμος ὁ  
μολογία τις εἶναι ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατέμεθα τῶν κραθέντων  
εἶναι φασι. Atque ab hoc servandi beneficio servi quoque dicti  
putantur, §. 3. Inst. de J. Pers. l. 239. §. 1. ff. de V. S. JOSEPHUS, IX, 2.  
AUGUSTINUS sup. Genes. lib. 1. quæst. 153. ISIDORUS lib. 5. etymo.  
c. 27. DONATUS ad Terent. Adelph. act. 2. scen. 1. conf. GROTIUS  
d. l. cap. 7 n. 5. Quanquam JOS. SCALIGER à Gr. ἑρῶ, alii ab  
ἑρῶ eam vocem derivare malunt, observante TH. FARNA-  
BIO ad Senec. Troad. vers. 331. Quod si pro sapia Persicæ, quam ex  
Archivo Turcico edidit GUIL. SCHICKARDUS, aliquid fidei  
habendum, proximè ætatem Noachi secuta fuerit ista gentium  
constitutio, cui Adsarbigam primus Persarum Rex non mul-  
tum post diluvii tempora urbem Balck ministerio servorum ju-  
re belli captorum condidisse fertur. Qua ratione autem  
Christiani inter se ab istâ constitutione usuque servitutum re-  
cesserint, explicat idem GROTIUS d. l. n. 9. ubi præced. n. 8. mo-  
net, nec apud omnes gentes jus istud gentium receptum olim  
fuisse, & Jctos Rom. partem notiores indigitare nomine to-  
tius. Adde DN. STRUV. exerc. 3. lib. 20. seq. BERNEGGER. in  
Tac. quæst. 134. BOECLER. ad Grot. lib. 2. c. 5. p. 189. Antiquam il-  
lam servitutem in Republ. Christiana circa annum Christi 1250.  
desisse, testatur BODINUS lib. 1. de Republ. cap. 5. & scriptum re-  
liquit TACITUS in Histor. de Morib. Germanor. quod Germania  
nunquam veros servos habuerit: nec hodieque habet, sicut ex  
inductione exemplorum constat. Nam quod concernit ho-  
mines proprios, illi plusquam omnes alii, in quibus servitutis  
umbra hodiè reperitur, ad servitutem quidem antiquam acce-  
dunt: sed nomen tenent tantum servi sunt, ac reipsâ liberi. De  
quibus JO. GRYPHIANDER in Oecon. leg. lib. 1. c. 4. §. 23 add.  
STRUV. d. l. lib. 23. Tantò minus famuli, qui pro mercede nobis  
inserviunt sua spontè, in dominio nostro, ut servi antiqui, exi-  
stunt. Non enim ut illi, venduntur, vindicantur, ab actionibus  
civilibus removentur &c. sed homines liberi sunt in omnibus,  
testes, judices & procuratores in judiciis esse possunt, testamen-



ei condunt, stipulationes & quoslibet contractus civiles rectè perficiunt. *Vid. DN. D. PHILIPP. JC. Lipsiens. Usus practicus Inst. ad tit. 3. de J. Pers. eclog. 30. n. 1. & seqq.*

*IX. Infirmus qui decumbit*, sive sit nobilis sive ignobilis, masculus vel foemina, compos mentis vel non, de Jure Saxonico regulariter donare nequit, tradente SCHNEIDWINO ad J. tit. de donat. per textum in Weichbild. art. 65. ubi dicitur: *Das kein Mann oder Weib möge im Stechbett ihrer Güter liches übergeben/das über fünf Schilling werth sey / ohn der Erben laube &c.* Vel ut habetur in LandR. quantum decumbens extra spondam porrigere valet, so viel er über das Bettbret reichen kan/ secundum Gloss. LandR. lib. 1. art. 52 sup. verb. *Wer in Kranckheit.* Unde ad æstimandum, an quis sit firmus vel infirmus, & in adversa valetudine constitutus, de hoc jure certæ requiruntur solennitates, de quibus LandR. lib. 1. art. 52. junct. ibi gl. sup. verb. *ohn der Erben laub. n. 6. vers. diese vergiebet ein jeder / & seq. Gl. Weichbild. art. 20. n. 29. vers. ist er so mächtig / & seq.* Verùm hæc Juris Saxonici dispositio in desuetudinem abiit, observante CARPZOVIO in *Jurispr. Forens. Romano-Saxon. p. 2. c. 12. def. 11. Sp 3. c. 5. def. 1. n. 6.* & hodiè tam sanos quàm ægrotos donare posse tradit WESENBECIUS in *supplem. ad Schneidevv. tit. de don. n. 40. lit. d.*

*X. Reus criminis capitalis*, l. 31. §. fin. ff. de don. §. 1. §. 4. C. ad L. Jul. majest. si scilicet post contractum crimen donare velit, aut post condemnationem, l. 20. §. ult. ff. de accusat. l. post contract. 15. ibiq. GOTHOFREDUS, ff. de donat. Crimen verò non capitale donationem propriam non constituit irritam, ne quidem post condemnationem: tametsi secus sit in mortis causa donatione, l. 7. ff. de m. c. don. BRONCHORST. cent. 3. c. 2. v. 10. c. 2. v. 72. Eaquè de re consulatur BRUNNEMANNUS in *Repet. parat. Wesenb. tit. de donat. qv. 11.* & ipse WESENBECIUS in *ff. de don. in fin.*

§. 7. Donari autem cuivis potest, nisi æquè Legis prohibitionem arceatur. Validè donatur non solùm amicis & benè meritis, sed & ignotis atquè extraneis, l. 29. C. de donat. honestis & inhone-



honestis personis, adeoq; meretricibus & concubinis, l. 5. § 1. ff. de don. l. 4. § 1. sed quod meretrici ff. de condit. ob turp. caus. Etiam absentibus, l. 10. ff. de donat. l. 6. C. eod. modò certiores illos faciat donator de liberali sua voluntate, sive per epistolam, l. 13. C. de don. sive per nuncium, vel aliam personam, ad hoc specialiter destinatam, d. l. 10. § 4. ff. de donat. Vide BERLICHIIUM part. 3. conclus. Practicabil. 2. n. 4. ibiq; allegatos. Hæcque donatio prius firma haud erit, quam donatoris voluntatem ratam habuerint absentes, d. l. 10. CUJACIUS lib. 12. obs. 28. At quid de nondum natis, seu nascituris dicendum? Et his donari posse, statuit post alios MOZZIUS in tr. de don. sub tit. de person. inter quas cad. poss. don. n. 1. Verùm enim verò, cum in donatione extremum, in quo consistat, requiratur, arg. l. 42. ff. de mort. caus. donat. contrarium rectius defendunt HOTOMANNUS consil. 13. n. 10 huncq; citans OBRECHTUS d. disp. 1. th. 106. seq.

§. 3. Objectum efficiunt res, in patrimonio nostro existentes, tam corporales quam incorporales, l. 9. pr. l. 17. § 27. ff. de donat. tam mobiles quam immobiles, l. 34. §. 1. C. eod. Et universa bona, tam præsentia quam futura, arg. l. 17. §. 1. de his que in fraud. credit. l. 35 § 4 C. de donat. l. 8. C. de revocand. don. add UNGEPALUR Exerc. Justinian. 7. qu. 5. BRUNNEMANN, d. reperit. w. Wesenb. q. 13. HARPRECHTUS ad §. 2. Inst. de donat. pag. m. 144 seqq. sub quibus intelligenda quoq; veniunt jura & actiones, l. 30. §. 1. ff. ad SC. Trebell. l. 49. ff. de V. S. l. 52. ff. de A. R. D. l. 4. § ult. C. que res pign. oblig. Uno verbo: omnes res, quæ commercio non exemptæ sunt, donare licet. Jus gentium autem hæc eximit res sacras, religiosas & sanctas, l. 9. §. ult. ff. de divis. rer. § qual. nam quod divini juris est, in bonis privatorum esse nequit, §. 7. Inst. de R. D. Jus Civile res pupilli vel adolescentis, quatenus eas pupillus vel adolescens alienare non potest. Cum verò de adolescente magis dubitetur, obtineat illa ZOESII assertio universalis, ad tit. ff. de reb. cor. qui sub tut. vel cur. sunt, n. 1. § 2. rerum minorum inhibitionem esse alienationem & obligationem: ubi alienationis nomine venit actus omnis, qui rem ponit extra bona minoris, vel ejus usum aufert aut diminuit, uti donatio, venditio, permutatio, oppignoratio, in solutum, in emphyteusin, in usumfructum



datio, servitutis impositio, remissio juris in rem competentis ;  
l. 4. C. de pred. & aliis reb. min. fin. decret. non alien. vel oblig. Exi-  
mit & res feudales : omnis enim alienatio rei feudalis sine con-  
sensu domini prohibita est, c. Imperialis, 2. F. 52. hinc & donatio,  
c. est autem §. donare. 2. F. 9. ne vires Imperii debilitentur, & mili-  
tes omnibus exuti bonis servitia dominorum suorum subterfu-  
giant, d. c. Imperial. Servitia autem coherent feudis, & ob id  
CORNELIO TACITO vasalli dicuntur comites, qf. dominū in  
bello comitari cogantur, sicq; domini conditionem deterio-  
rem reddant, contra c. cum de re §. è contrario. 2. F. 18. Viventis  
hereditas quoque donationis objecto eximitur, l. 29. §. ult. ff. de  
donat. ubi eleganter PAPINIANUS ait, esse hoc adversus bonos  
mores & jus gentium festinare. JULIANUS improbum esse  
existimat, qui sollicitus est de hereditate viventis, l. 2. §. 2. ff. de  
vulg. & pupill. substit. Hinc MARCIANI effato, ei ut indigno  
hereditas est auferenda, l. 30. ff. de donat. Vivo & spirante me  
hereditatem meam & spe & cupiditate improbā crevistis, ex-  
probabat Philippus Rex Macedoniae duobus filiis, Perseo &  
Demetrio, apud LIVIUM, lib. 10. decad. 4.

§. 9. Formam dispescimus secundum LUDWELLUM  
prec. 6. diff. de ver. donat. in subordinatam & specificam analogi-  
cè hinc sumtas. Subordinatæ adjungimus utriusque consensum;  
specificæ partes sustinet mera liberalitas. Perficiebatur olim  
donatio non nudo & solo consensu, sed rei donatæ traditione  
opus habebat: hodiè autem nudâ conventionem robur accipit  
perfectissimum, l. 35. C. de donat. BRUNNEMANN, in Repet. π.  
Wesemb. tit. de donat. qu. 15. Consensus omninò requiritur, isq;  
quidē expressus. Nam donatio non præsumitur, ubi aliæ res, gestæ  
causa quæpiam, etiã injusta vel fatua haberi potest, l. 2. §. 2. &  
l. 10. §. 2. ff. de donat. l. 35. C. eod. l. 25. in fin. ff. de probat. & DD. comm. in l.  
3. de pact. Perficiuntur autem donationes, cum testator volun-  
tatem suam, aut in scriptis aut sine scriptis manifestaverit, l. 20.  
l. 29. vers. et si sine scripto. l. 31. C. de donat. l. 12. C. de fid. instrum. &  
quamprimū voluntas ista fuerit accepta, tradendi necessitas  
donatori incumbit, arg. §. 2. f. & l. 35. §. ult. C. de donat. Nov. 162. c. 1.  
Insinuatio insuper requiritur, tanquam extrinseca quædam so-  
lennitas; si nimirum donatio quingentos solidos excedat, Judi-  
ci insi-



3  
ci insinuanda est, qui in donationis causam & donantis facultates inquireret, ac postea in acta rediget. BRUNNEMANN. d. Repet. qu. 17. pag. m. 488. Ex constitutione JUSTINIANI, l. sancimus, 34. C. de donat. & §. perficiuntur. Inst. eod. Quod adhuc in Imperio nostro (etiam coram iudice incompetente, teste GAILLO lib. 2. obs. 39. n. 28.) & in Hispania & in toto Confederato Belgio observatur, PEREZ. in Cod. t. de don. n. 35. GROENEWEG. ad §. 2. Inst. eod. Obtinet id quoque moribus Saxonis præsertim in mobilibus, SCHNEIDEWIN. ad h. t. n. 41. Nam in immobilibus, cujuscunque valoris fuerint, semper requiritur ut eorum donatio fiat coram iudice loci ubi bona sita, secundum text. in Land R. lib. 1. art. 52. CARPZOV. lib. 8. Respons. 57. & prætereà ut accedat consensus hæredum descendentium in bonis præsertim avitis ac hæreditariis. Land R. lib. 1. art. 34. & 52. SCHULTZ. in Synops. Inst. Imperial. pag. m. 112. lit. (b) n. 3. In Gallia omnes donationes indistinctè, cujuscunque quantitatis & materiæ sint, insinuari debent apud acta iudicis ordinarii, nisi fiant pecuniâ numeratâ, quo casu insinuatione opus non est. vid. BUGNONIUS de L. L. abrog. l. 2. cent. 171. & l. 5. cent. 53. Antverpiæ donationes omnes, etiam quæ excedunt 500. aureos absque insinuatione valent inter divites, uti habetur in Consuet. Antverp. tit. 53. art. 4. in reliquâ verò Belgii parte, quæ Hispaniarum Regi paret, spectatur, ut olim jure civili, quantitas 300. aureorum, quam si res donata excedit, opus est ut coram Notario fiat, vel in scriptis propriâ manu signatis, aut coram aliis publicis personis. Conf. GROENEWEG. ad Inst. tit. de donat. & PEREZ. in Cod. tit. eod. n. 35.

§. 10. Intelligimus hæc per insinuationem nihil aliud, quàm factæ donationis publicationem, inque acta relationem, fac. l. 25. l. 27. pr. l. 30. 31. & 32. C. de donat. BICCIUS, sect. 3. Rer. Quotid. s. Aur. Jur. Civ. §. 52. p. 224. REBHAN. Hodeg. Jur. chart. 2. clim. 2. §. 29. quando nempe donatio, coram iudice à partibus manifestatur, & , ut illa majoris auctoritatis atque solennitatis gratiâ inseratur publicis actis, petitur, ECKOLT, d. tr. pag. 552. HARPPRECHT, ad §. 2. §. de donat. n. 99. Per solidos verò, intelligimus aureos Ungaricos sive ducatos, jx. text. in Constit. Elect.



*Elect. Saxon. 14 part. 2. §. So aber. ibi: und die Stücke über 500. Ungarische Guldenn nicht thäten austragen. & moderna Potentissimi nostri ELECTORIS in Novis. resolutionib. Casuum Dubiorum decis. 26. DN. PHILIPPI observ. 3. n. 1. pag. 438. & in Usu Pract. Inst. Imperial. tit. de donat. Eclog. 37. n. 3. seqq. Quanquam HENRICUS HAHNIUS solidam accipiat pro aureo Rhenano, in annot. ad Wesemb. w. ff. de donat. num. 6. Aureus & Solidus in Jure nostro synonyma sunt, fac. §. ult. I. de pœna temere litigant. junct. l. ult. ff. de injus voc. Æstimatus tempore Justiniani Imp. 25. denariis sive 1000. sestertiis, §. 3. I. de success. libert. ubi Interpp. pondere & valore major istis nostris modernis curren- tibus, quorum vix 96. auri libram sive marcam faciunt, cū vet. illorum 72, eam præstarent, l. 5. C. de Susceptor. atque exinde nostrorum æstimatio diversa alibi & alia semper fuit. Conf. MARTINI Lexic. Philolog. in v. solidus. Communiter tamen receptum, quod aureus sive solidus æstimetur, secundum valo- rem & consuetudinem cujuscunq; loci, quæ omninò observan- da & attendenda. CARPZOV. p. 2. Const. 12. def. 12. n. 5. & seqq. GAILIUS, lib. 2. observ. 39. num. 1. & seqq. Si igitur hodiè donatio quingentos ducatos, vel juxta valorem modernum, mille tha- leros Imperiales excedat, insinuatio demum requiritur. DAN. MOLLERUS, lib. 1. Semestr. 37. num. 2. SIGISM. FINCKELTHAUS, observ. 116. num. 18. & 19. BERLICHIIUS, decis. 168. n. 3. & decis. 225. n. 11. & seqq. CARPZOVIIUS, lib. 5. Respons. 56. n. 1. & seqq. Rationem hujus insinuationis reddunt Doctores triplicem. Ajunt enim, propterea eam fieri, necessarium esse: (1) ut intra donationem & ejus insinuationem possit deliberare donans, an sibi expediat, do- nationem perficere, nec ne, arg. Novell. 23. c. 1. vers. ut liceat ho- mini intra id spatium plenissime deliberare &c. (2) Ut iteratio actus (quæ fit per insinuationē) ostendat atque declaret perseveran- tiam mentis ipsius donatoris: sicuti dicitur de actu geminato, in l. 32. ubi Gloss. & DD. ff. ad SC. Trebell. (3) Ut tollatur omnis su- spicio fraudis, falsiq; occuratur probationum modis, arg. l. 27. C. de donat. & l. fin. C. de fideicommiss. ANTONIUS de CANA- RIO in tract. de insinuat. part. 1. qu. 9. n. 18. PETR. REBUFFUS in*

com.



*comm. ad Reg. constitut. Galliar. tom. 1. tit. de donat. insinuand. ar. 1. gl. 1. n. 2. ROLAND. à VALLE consil. 70. n. 17. lib. 2. JACOB. MENOCHIUS lib. 3. consil. 261. n. 29. & seqq. VINC. CAROC. decis. 131. n. 25. HENRIC. BOCERUS in Comment. de donat. cap. 3. n. 57. Quæ ratio etiam in donationibus ad pias causas factis locum sibi vendicat, per l. sancimus. pen. §. aliàs. ibiq; BRUNNE-MANN. C. de donat. l. 35. §. ult. vers. tantoq; magis. C. eod. l. illud. 19. C. de SS. Eccles. BEN. CARPZOVIVS p. 2. const. 12. def. 13. per tot. HENR. HAHNIUS ad Wesemb. w. ff. de donat. n. 6. pag. 452. part. 1. Ita pronuntiarunt Scabini Liphenses in Causa Martin Zöllners, mens. Febr. Anno 1626, P. P. Daß eine beständige donation oder übergab unter den lebendigen über 500. Soliden/das seind 500. Ungarische Gulden oder Ducaten beläuffet / Gerichel. insinuiret werden muß. 2c. Dergleichen Gerichel. insinuation auch in denen übergaben so den Kirchen und ad pias Causas über 500. Soliden geschicht / zu recht notwendig erfodert wird. Magnus quidem piarum causarum favor; cum tamen solennitas hæc propter utilitatem publicam imprimis introducta sit ab Imp. attestante CARPZOVIO in Jurispr. Forens. p. 2. const. 12. def. 14. n. 12. & RICHTERO in Volum. 2. Consil. 287. n. 18. pag. 900. ne quis temerè patrimonium suum effusis largitionibus exhauriat, id enim est re suâ malè uti, §. ult. I. de his qui sui vel alien. jur. eamq; perdere, l. 7. pr. ff. de donat. & ne homines decipiantur, l. 27. C. eod. haud immeritò in piis quoque causis intervenit. Nam Ecclesia ultrix & auctrix justitiæ non patitur, aliquid contra justitiam fieri, in se, vel in alterum, c. 1. vers. etsi clientulus. de alienat. feud. HARPPRECHT. ad §. alie. 2. I. de donat. n. 103. add. RITTERSHUISIUS ad Novell. p. 50. cap. 10. n. 1.*

§. II. Fiebat insinuatio hæc Constantinopoli apud Magistrum censûs: in Provinciis apud Præsides vel defensores civitatis, l. 30. C. de donat. Sin autè apud alium Magistratû, quàm cujus jurisdictioni subsit donator, insinuari donationem contingat, donator, donatarius & tabellio vicenarum librarum multâ plestebantur, l. 32. C. eod. Intermisâ verò insinuationis solennitate donatio annullabatur, non quidem in totum, sed pro ea parte,

D

parte,



parte, quæ definitum à jure modum excedit, l. 34. & seq. C. d. t. ibiq; BRUNNEMAN. l. 21. ff. de donat. l. 65. de jur. dot. Nov. 162. c. 1. §. illud etiam. c. 57. in fin. c. 12. q. 2. Excipiuntur quædam donationes, quæ etiamsi excedant 500. solidos, insinuatione tamen non indigent. Cujusmodi sunt:

*I. Donationes à Principe vel Principi factæ,*  
d. l. 34. §. 1 C. de donat. l. 19. C. de SS. Eccles. Indignum enim Imperatoris videtur Majestate, ulterius desiderare auctoritatem; præsertim cum hic omnis cesset fraudis suspicio, ECKOLT. ad tit. ff. de donat. §. 11. pag. 552. Proceres semper in comitatu suo habet Princeps; adeoque nihil præsumitur apud eum occultè & fraudulenter fieri, arg. l. 19. C. de testam. ibiq; DD. BALDUS ad d. l. 34. C. de donat. ibiq; BRUNNEMANN & PEREZ. num. 33. Et licet in legibus nostris Romani Principis nomine solus Imperator indigetetur; attamen & hoc ipsum ad alios Imperii nostri Principes, Electores, Comites, Barones &c. CARPZOVIVS noster extendit, p. 2. const. 12. def. 16. n. 4. Siquidè illi in suis regionibus ac territoriis Imperatori comparantur, eandemque ferè potestatem habent in territoriis suis, quam Imperator in Imperio Romano obtinet. WESENBECIUS part. 1. Consil. 27. num. 28. & seq. HAHNIUS ad r. Wesenb. pag. 453. Neque decorum esset, horum Dominorum donationes ad certa adstringere solennia; cum donare & liberalitatem exercere proprium sit Principum, & præcipuus Nobilitatis actus, qui meritò à libero Eorum arbitrio simpliciter pendere debet, ut post PANORMITANUM in c. 1. de donat. asserit OBRECHTUS d. disp. 2. de don. th. 197. Caterùm ut donatio à Principe in aliquem collata non desiderat insinuationem, ita nec ea donatio insinuatione eget, quæ à privato ipsi Principi facta est, Novell. 52. c. 2. & Auth. itè à privatis. C. de donat. STRUV. S. J. C. exerc. 40. th. 11.

*II. Donatio Magistri militum vel Ducis belli;* quam, sive illi in ipsa bellorum occupatione, sive in aliis quibusvis locis degant, confert ex propriis bonis, vel ex spoliis hostium in benè meritos milites, l. pen. §. 1. C. de donat. ibiq; PEREZ, num. 12. & 34. CUFACIUS, lib. 19. obs. 7. Nec hæc



hæc insinuatione opus habet; potissimum favore militiæ;  
MOLINA de J. & J. disp. 279. n. 5. FAGUNDEZ de J. & J. lib.  
4. cap. 19. n. 12. Quippe remuneratoria esse videtur donatio,  
quæ juxta DD. communiter, insinuationem non requirit.  
GOMEZ. variar. resolut. tit. 2. cap. 4. n. 10. CARPZOV. p. 2. const.  
12. def. 15. n. 5. & seqq. Est enim permutatio potius beneficii, quam  
mera liberalitas, Nov. 119. PHILIPPI Observ. 3. decis. 22. page  
442. ubi ita pronunciasse tradit Lipsienses in Causa Johannis  
Billicharti mens. Jul. Ann. 1634. P. P. Diweil aber selbi-  
ge donatio zu Ergöhung der geleisteten Dienste geschehen/ und al-  
so pro donatione remuneratoria zu achten &c. So ist sie auch ohne  
Berichtl. insinuation zu recht beständig. W. N. W.

### III. Donatio pro redemptione captivorum facta.

l. 19. C. de SS. Eccles. & l. penult. in pr. C. de donat. HAHNIUS ad  
Wesemb. ff. de donat. n. 6. p. 453. Cujus ratio dependet ex summo  
favore redemptionis captivorum; ob quam causam etiam aurea  
Ecclesiæ vasa vendenda, c. sacrorū. caus. 12. dist. 2. BRUNNEM.  
ad pr. d. l. pen. C. de don. STRUV. d. Exerc. 40. th. 11.

IV. Donatio plurium rerum, diversis temporibus  
ab una persona in eundem hominem collata; Si enim non sin-  
gulæ, sed omnes conjunctæ legitimam quantitatem excedunt,  
haudquaquam opus est insinuatione: quia tot intelliguntur esse  
donationes, quot vicibus sunt factæ, l. 34. §. si quis. C. de don.  
Econtra si quis plures res, ultra quingentos aureos æstimatas, eo-  
dem tempore alicui donat, & in instrumento dicit, tot esse do-  
nationes, quot sunt res; absque insinuatione non valet dona-  
tio: quia in fraudem facta intelligitur, ut notat CLARUS, §. do-  
natio. quest. 17. num. 4. & OBRECHT. d. disp. 2. th. 183.

V. Donatio remuneratoria, quam hisce annu-  
merat ZOESIUS in comm. ad tit. de donat. n. 43. eò quòd causa a-  
liqua, ob quam fiat, subsit, adeoque temerè facta dici nequeat.  
Nec regulis simplicis donationis tenetur, inquit MEVIUS ad  
Jus Lubec. lib. 1. t. 9. art. 1. n. 7. nihilominus tamen expressio  
causæ in eâ requiritur, ob quam sit facta: quæ tamen itidem non  
necessaria, si merita à donatario postea probentur, MYNSING.



*Cent. 5. observ. 85. n. 1. 2. 3. & 4. GAILLIUS lib. 2. obs. 39. n. 14. & obs. 38. n. 5. seq.*

**VI. Donatio mortis causa facta, l. fin. C. de mort. caus. donat. ibiq<sup>3</sup>.** PEREZ. De Jure nempe Communi donatio hæc absque inſinuatione valida est, teste JOANNE PHILIPPI in usu Pract. eclog. 34. n. 4. Addatur PETR. HEIGIUS Q<sup>9</sup>. Jur. Civ. & Sax. p. 2. quest. 17. n. 23. ubi id ita in Praxi observari tradit. Pro majori tamen cautela, ut disputationes hujusmodi vitentur, plerumque etiam donatio causa mortis apud acta inſinuari solet, secundum SCHNEIDWINUM, in tit. 7. de donat. n. 16. Idque maxime obtinet in Electoratu Saxonico, si donatio causa mortis est omnium bonorum, vigore Novell. Elect. AUGUSTI, p. 3. const. 1. §. Wir ordnen auch darneben. ubi in comm. DAN. MOLLERUS n. 6. sub fin. & nu. seq. & ad Const. 3. p. 3. n. 38. CARPZOV. ad d. Const. 1. def. 23. n. 6. RICHTER Decis. 22. n. 35. & seqq. Particulares verò res etiam extrajudicialiter donari possunt; at ita, ut ad minimum quinque adhibeantur testes, l. ult. C. de donat. mort. caus. Ratio est, quia donatio mortis causa comparatur Legatis, adeoq; sapit naturam ultimæ voluntatis, in qua ad minimum quinque testes necessarii sunt, §. 2. f. de donat. cum §. seq. d. l. ult. ibiq<sup>3</sup>, PEREZ in Cod. tit. de m. c. donat. n. 4. §. 19. l. ult. C. de Codicill. BRUNNEMANN, ad l. 2. C. de donat. m. c. & l. fin. C. eod. RICHTER, Decis. 21. n. 30.

**VII. Donatio propter nuptias, l. 17. C. de don. ant. nupt. & per text. express. in pr. Nov. 119.** Olim quidem opus habuit inſinuatione ut mulier aliquid ex eâ petere potuerit, l. ult. §. fin. C. de don. ant. nupt. à qua solennitate sola minor 25. ann. erat immunis, l. 17. C. eod. Hodie autem quantaunque sit quantitas ejus & quocunque modo celebretur, nulla requiritur inſinuationis necessitas, etsi quingentos solidos excedat, quantum scilicet ad partem & commodum mulieris attinet, d. Nov. 119. c. 1. quamvis vir, ut lucretur dotem ad partem ejus, opus habeat inſinuatione, Nov. 127. cap. 2. Vide Collegium Jurid. Argentorat. lib. 23. tit. 3. th. 32. BICCIUS in Aur. Jur. Civ. pag. 225. & seq.

§. 12. Donationum *Finis s. causa finalis est, ut liberalitas* &



& munificētia exerceatur. l. 1. pr. §. 1. ff. de donat. l. 35. §. 5. C. eod. add.  
l. 214. vers. dona. ff. de U. S. l. 83. de R. J. vid. ECKOLT. ad l. ff. de do-  
nat. §. 12. RICHTER. velin. 21. th. 28. Distribuant nonnulli hunc fi-  
nem in principalem, qui liberalitatis sit exercitium, & mi-  
nus principalem, qui multiplex esse potest: ut scilicet pau-  
perati subveniamus; ut aegroti vel alijs malè affecti sanitati re-  
stituatur; ut studiosus studia sua commodè absolvere & in ho-  
norem, ex quo pendet, ascendere queat; ut aedificia sacra la-  
bantia reficiantur ac expoliantur, &c. Nec huc impertinens est  
distinctio: inter finem §. qui coincidit cū principali, ut adipi-  
scar liberalitatem, quam capto; & §. qui omnes sunt, quibus  
liberalitatem exercere non est prohibitum. LUDWELL.  
d. diff. præc. 7. FORSTER. in Epitom. de donat. e. 8.

§. 13. Superest *Effectus*, quem arguunt & indicant cau-  
sæ; ipsæque vicissim ab eo arguuntur. dicente GOEDDÆO ad  
leg. 21 ff. de V. S. num. 9. Effectus donationis triplex est:  
**I. Quod pacti instar producat actionem**, ex Constitu-  
tione JUSTINIANI, in l. 35. §. ult. C. de donat. Conditionem  
nempe ex lege, quæ datur donatario adversus donatorem, in  
quantum facere potest. l. 12. 19. 33 ff. de rejud. §. 38. Inst. de action.  
vel rei vindicationem, si scilicet instrumenta rei donatæ tradita  
sint donatario, ut in l. 1. C. de donat. Examinemus hinc actionem  
secundum Jus antiquum & novum. Jure antiquo nulla dabatur  
actio, l. 14. §. 11. ff. de furt. l. 3. §. 1. ff. de O. & A. l. 18. pr. ff. de do-  
nat. quia non censebatur perfecta donatio, nisi per emancipa-  
tionem aut traditionem consummata fuerit, idque ex lege Cin-  
cia. l. 4. Cod. Theodos. de donat. Quod & Gallia & Gelria mori-  
bus adhuc obtinet, quibus donatio perficitur tantum re: *Donner  
& retenir ne vault*. Non permittitur donare simul ac retinere,  
vulgò, *geven ende houden*. FRED. SAND. de feud. Gelr. tract.  
1. tit. 1. cap. 1. n. 40. Jure novo JUSTINIANUS ex nudo pa-  
cto donationis introduxit conditionem ex l. 35. §. ult. C. de do-  
nat. contra regulam generalem juris antiqui, l. 7. §. 4. ff. de pact.  
Dico conditionem ex lege, quoties enim competit actio ex  
nova aliqua lege, in eadem autem cautum non sit, quo genere



experiamur, conditio ex lege locum habet, *l. unic. ff. de con-*  
*dict. ex leg.* At si stipulatio intervenerit, competit actio ex stipu-  
latu, *Nov. 162. c. 1. Add. SUTHOLT. dissert. 6. aphorism. 34. & 35.*  
*HARPPRECHT. ad §. 2. l. de don. 114. & seqq. RICHTER. velit. 20. 1b.*  
*35. seqq.* Idus: *Quòd donator de evictione non teneatur;*  
quia sc. donatio propriè fit ex mera liberalitate. Vide his  
*SUTHOLT. d. Dissert. 6. apb. 39. ibiq; in not. Dn. D. SCHROETER.*  
*Prof. Jenens. pag. m. 161. & seq.* Et donator juxta tantum suum, non  
verò aliud quid promittere & donare voluisse censetur. Ita  
etiam donator tenetur ad dandum, si potest dare; ad evictionem,  
si eam promisit, *l. 2. C. de evict.* Regulariter autem evictio non  
præstatur à donatore, nisi quatenus dolo malo fecit, ut donata-  
rius sumtus magnos faceret in rem donatam, tunc enim actio  
de dolo adversus eum locum habet, *l. 18. §. fin. ibiq; Gl. ff. de do-*  
*nat. BRUNNEMANN. d. Repet. π. VVesemb. q. 35. pag. m. 490.*  
*RICHTER. d. velit. 20. 1b. 41.* Illius effectus est: *Quòd donas-*  
*tio revocari non possit*, §. 2. *J. de donat.* sed firma illiba-  
taque maneat, *l. ult. in pr. C. de revoc. donat.* Aliquando tamen  
donationem revocare licet, non quidem naturâ suâ, sed ex ac-  
cidenti & facto donatarii, pro beneficio insignem injuriam re-  
pendentis, non ex opinione donantis, qui sic donat, ut nullo  
casu velit ad se reverti, *l. 1. ff. de donat. l. 27. ff. de mort. caus. don.*

§. 14. *Contraria* denique non negligenda; quæ sunt  
modi, quibus simplex donatio iterum revocatur. Et hoc qui-  
dem fit (1) *Ingratitudine donatarij*, §. 2. *Inst. de don. Gl.*  
*fin. C. de revocand. donat.* ubi quinque enumerantur causæ, ex qui-  
bus donatarius ingratus judicatur: Si atroces injurias in dona-  
torem effuderit; si illi impias intulerit manus; si vitæ ejus infu-  
diatur; si grandem jacturæ molem substantiæ & bonis donato-  
ris ingesserit; si pacta & conventiones donationi appositæ vio-  
let. Hæc species vetustas sequentibus comprehendit ver-  
siculis:

*Quinq; modis perdo mibi qua donata fuere:*  
*Infero si damnum graviter donantis in are;*

*Si per*



Si per me sic buie atrox injuria facta ;

Et sua persona naturali vulnere tacta ;

Quando sua vita crudeliter insidiabor ;

Ingratum factum dic me si fregero pactum.

Præter quas nullas alias, nec similes admittimus, nec majores, cum B. CARPZOVIO Jurispr. For. part. 2. const. 12. def. 31. & Dn. D. STRAUCHIO, J.C. Jenens. disp. 8. Jur. Justin. lib. 26. Propositum enim fuit IMPERATORI nostro in d. l. fin. C. de revoc. donat. certas tantum causas definire, cæteris exclusis; per expressa verba: *Ex his tantummodo causis donationes factas everti concedimus.* Quod & innuit textus §. 2. J. de donat. ibi: *certis ex causis &c.* Maximè cum dispositio d. l. fin. per se odiosa sit, & propterea restringenda, c. odia. 15. de R. J. in 6. pœnam namque continet, quæ non debet extendi ex paritate aut majoritate rationis ad alia, quam ad illa, de quibus expressè disponit, c. 49. de R. J. in 6. Conferatur PEREZ & BRUNNEMANN in Cod. d. l. fin. SCHNEIDEWINUS & HARPPRECHT ad §. 2. I. de donat. Adde Dn. D. PHILIPPI usum Pract. d. tit. eccl. g. 38. num. 14. & 15. Quantum autem sit vitium ingratitudo, in hujus expositione multum temporis conteram non frugiferum est; siquidem omnes veri homines hanc tanquam scopulum fugiunt, cum naturæ humanæ planè contraria; imò animantia irrationalia cauterium ingratitudinis detestentur; uti elegans paradigma apud GELLIUM lib. 5. Noct. Att. c. 14. invenire licet, adeò ut rectè exclamasse & affirmasse arbitrer PLAUTUM in Cist. miserum nempe esse ingratum hominem, & IMPERATOREM solerter ac prospicienter hanc composuisse legem, donationes ob ingratitudinem revocari posse, l. ult. C. de rev. don. ad. c. propter. ult. Extr. de donat. etiamsi hæc clausula instrumentis fuerit subjuncta: per ingratitudinem quod non evertatur: ne sit cuiquam licentia & alienas res capere & frugalitatem irridere donatoris, & ipsum iterum donatorem, suasque res perdere, & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici: uti pulchrè noster IMPERATOR d. l. C. differit, & hæc causæ instar addit. Propterea etiam feuda Vasallis à Dominis eripiuntur, c. prima. 2. F. 24. quia ingratitudo est species quædam culpæ: at hæc modus amittendi feu-

3





di feudi penè unicus; *c. sancimus. l. F. 21.* Sed hęc revocandi potestas solum competit donatori, non ejus heredibus, *l. 1. § d. l. fin. C. de revoc. donat.* quoniam ad meram vindictam tendit, cujusmodi persecutiones heredibus dari non solent, *§. 1. de perpet. & temp. act.* Adde sis *ZOESIIUM in comm. tit. de rev. donat. n. 104. & seq.*

§. 15. Præter ingratitude & (II.) *legitimæ diminutio* donationem rescindit, *l. 1. § 1. C. de inoffic. donat.* non quidem in totum, sed ratione duntaxat legitimæ. *l. 5. & 7. in fin. C. de revoc. donat.* Videatur *MENOCCHIUS, constl. 496. BRONCHORST. cent. 3. ἐναγτιοφαιών, assert. 73. DONELLUS lib. 19. Comment. de Jur. Civ. cap. 11. pag. 314. & seq. HOTOMANNUS lib. 1. amicab. respons. cap. 12. GAILLIUS lib. 2. observ. 38. n. 15. & obs. 116. n. 4. BOCERUS de donat. c. 3. n. 105. seq. HARPPRECHT, ad §. 2. l. de don. n. 138. & seqq. SCHNOBEL. disp. 19. Pandect. §. 30. ECKOLT. d. tr. pag. 554.* Nec non (III.) *supervenientia liberorum*, juxta famosissimam legem *si unquam 8. C. de revocand. donat.* quæ licet in specie de libertis & patronis loquatur, ad quemlibet tamen donatarium extendenda, per ea, quæ eleganter refert *FRANZKIUS, Exerc. 5. quest. 10.* Et communis Interpp. doctrina est, quod quævis donatio, facta ab eo, qui liberos non habebat, ex supervenientiâ liberorum rescindatur, teste *MAYNARDO lib. 4. Decision. Tholosan. 12. circa pr. ubi ait: Omnes communiter tradunt, æquum & ubivis ferè usu fori comprobatum esse, quod dicit, l. si unqv. indistinctè accipienda sit de omnibus donatoribus, quibus præter opinionem liberi post factam donationem nascuntur, ut solâ eorum natiuitate, donatio statim revocetur.* Videtur enim in se continere tacitam conditionem: *si liberi ipsi nati haud fuerint: de quibus si cogitasset, verosimiliter bona sua vel partem eorum non donasset, arg. l. 102. ff. de condit. & demonstr. l. 6. §. 1. C. de instit. & substitut.* Cum nemo præsumatur successiones alienas propriis antepone, *l. 30. C. de fidei commiss. l. 15 ff. de inoff. testam. l. 7. §. 1. ff. si tab. test. null.* Eamque rationem Imp. *CONSTANTINI & CONSTANTII* sanctioni causam dedisse, manifestum redditur ex verbis; *Filios non habens: dicit. l. 8. C. de revoc.*



3  
revoc. donat. Quæ cum non solummodò in patrono, sed & in  
quocunq; alio donatore obtineat, meritò etiam ex identita-  
te rationis idem jus in eo obtinere debet, arg. l. 13. ff. de LL. l. 32. ff.  
ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de Verb. Oblig. CARPZOV. p. 2. c. 12. def. 32. &  
const. 14. def. 19. it. lib. 5. Respons. 4. n. 18. 19. 20. & Resp. 63. n. 2. & seqq.  
Sententiam hanc pluribus tventur MYNSINGERUS, cent. 5. ob-  
serv. 63. RITTERSHUSIUS diff. Jur. Civ. & Can. lib. 3. c. 21. RICHTER.  
volum. 2. conf. 381. n. 4. & seqq. STRUVIUS in Synt. Jur. Civ. exerc. 40.  
ib. 16. HAHNIUS ad Wesenb. w. ff. de donat. n. 7. pag. 457. p. 2.  
SIG. FINCKELTHAUS, observ. 36. per tot. ANT. GOMEZ. tom. 2.  
var. resolut. 4. JOACH. à BEUST. ad l. 1. ff. de jurejur. n. 196.  
FORSTERUS de domin. c. 9. n. 235. PISTORIUS, part. 2. quest. 66.  
CUJACIUS lib. 2. obs. 5. & latissimè TIRAQUELLUS in Repetit. d. l. si  
unquam. verb. libertis. num. 45. & seqq. Eandemq; comprobâ-  
runt Dnn. Scabini Lipsienses & Helmstadienses præjudiciis  
suis, quæ exstant in usu Practico, Dn. D. PHILIPPI. lib. 2. Inst. Justin.  
eclog. 38. Notatu quoq; dignum est, quod MAYNARDUS re-  
fert loco suprâ citato de CORASIO, Curia Tholosana Senato-  
re; Ipsum nempè cum in Collegio Juridico Academia Tholo-  
sana, Legem istam, si unquam. 8. C. de revocand. donat. interpre-  
tando negativam defendisset opinionem, & jam jam è cathedrâ  
abiturus, plerisq; Auditoribus, quorum ad minimum quatuor  
mille erant, jam surrectis, & ipsis abeuntibus, discessurus esset,  
in hæc erupisse verba: *Attendite, ne vos fallam, Senatus contrarium  
censuit, me tamen fortiter reclamante!*

§. 16. Solâ autem pœnitentiâ donationem revocare non  
licet; in quo falsus est DIONYSIUS HALICARNASSÆUS,  
qui lib. 8. Antiq. Rom. ita respondentem Volscorum Legatis fa-  
cit Romanum Senatam: *Nam si donatos nobis agros pœnitentiâ  
ducti repeteretis, injustum esset, eos non restitui pristinis domi-  
niis: quorum verò dominium jure belli amisistis, eos jam alienos injustè  
repetitis.* Atqui uterq; pariter jure gentium acquirendi domi-  
nii modus est, bello & dono capere! Sed hoc ad magnanimi-  
tatem Romanam fortè retulit, quam nemo unquam, ut est apud  
SALLUSTIUM beneficiis vicit. Differentiam tamen hic ad-  
hibet

E

hibet



hibet GIPHANIUS, in *Antinom. Jur. Civ. disp. 12. tb. 14.* inter donationem mortis causa & inter vivos; cum mortis causa donatio revocari possit nudâ pœnitentiâ, arg. §. 1. *Inst. de donat. §. l. 30. ff. de donat. mort. caus.* Addatur PHILIPPI *Us. Pract. Inst. lib. 2. eclog. 35.* HAHN. *ad VVes. w. ff. d. tit. num. 7.* RICHTER. *decis. 122. n. 14.* Secus verò sit in donatione inter vivos. Hæc semel perfecta, temerè non revocatur, §. 2. *l. de donat.* eaque solemnibus Atheniensibus pueris cantilena fuit, ὁδὸς δὲ γένεω ἀπαίπεοις & ἴ, PLATO in *Philabo.* BORCHOLT. in *Comm. Inst. ad d. §. 2. num. 1. & seq.* Revocatur mortis causa donatio pœnitentiâ vel expressâ, vel tacitâ; ut si v. g. donator rem donatam postea voluntariè alienaverit, *l. 22. l. 33. §. 5. ff. de donat. inter V. & U.* puta, quando alteri eam legaverit, aut in testamento donaverit, arg. *l. 15. l. 18. ff. de adim. & transfer. legat.* aut per fideicommissum reliquerit. Siquidem hæc donatio ad instar alterius ultimæ voluntatis ambulatoria est ad extremum vitæ spiritum, PHILIPP. *d. eclog. 35. n. 8.* CARPZOV. *p. 3. c. 2. def. 10. num. 6. & 7.* HAHN. *d. num. 7. vers. illud hic not.* HARPPRECHT *ad d. §. 3. n. 74. & seqq.* Vel si postea inimicitie capitales supervenerint, arg. *l. 3. §. fin. ff. de adimend. & transf. leg. junctâ l. 37. ff. b. t.* MENOCHIUS, *de presumption. libr. 3. pres. 37. n. 16. & seqq.* Nemo enim censetur ei, a quo affectus est injuria gravi, benefacere velle, *l. 9. ff. de his, quæ ut indign.* PEREZ, in *Cod. de don. mort. caus. n. 10.* BERLICH. *Conclus. Practicab. p. 3. concl. 2. n. 45. & seqq.* MOLLER. *lib. 2. Semestr. t. 39.* CARPZOV. *decis. 68. n. 9.* HAHN. *d. n. 7. pag. 468. p. 2.* Revocatur & aliis modis: Nimirum morte donatarii ante donatorem contingente, *d. §. 1. Inst. de donat. l. 23. ff. de don. mort. cau. l. 29. in fin. ff. eod.* STRUVIUS in *Syntag. Jur. Civ. exerc. 40. tb. 27.* Deinde, reconvalescentiâ seu liberatione à periculo, *d. §. 1. Inst. de donat.* quod verum est, inquit B. ECKOLTUS, *ad tit. ff. de m. c. donat. §. 8.* si donator donationis tempore constitutus fuerit in infirmitate, vel aliàs propter imminens periculum donaverit, fortè iturus in bellum vel navigaturus. Nam si quis solâ mortis cogitatione donet, quamvis postea in morbum incidat, per reconvalescentiam tamen non revocari donationem, testatur LUDWELL. *disp. 6. tb. 8. L. d. STRUV. d. tb. 27.* Porro: in Foro Saxonico, si donatrix



trix post donationem bonorum suorum mortis causa factam;  
nuptias contrahat, & superstite marito decedat, non subsistet  
quoad mobilia ista donatio. *RENNEMANN. de jur. ver. disp. 46.*  
*rb. 13. & seqq. ubi addit thes. 18. lit. b. responsum Facultatis Lipsiensis.*  
*CARPZOV. lib. 6. resp. Elector. 62. n. 17. & seqq. BRUNNEMANN. d. Re-*  
*pet. w. VVes. 9. 18. pag. m. 493.* Atq; nunc B. c. D. presentem hanc de  
Donationibus doctrinam absolvimus, quæ si Lectori Benevolo,  
ad palatum haud erit, propter temporis brevitatem, quæ insu-  
dare eidem licuit, defectus nobis condonabit, & adhuc por-  
rò favebit.



Coronidis loco adjicere placuit Quæstiones sequentes :

*I. An & quomodo conscientiosi erogare & acceptare  
possint munera?*

**P**RO resolutione hujus quæstionis scire expedit; quænam  
munera salvâ conscientia dari sumiq; possint. Constat id  
in genere (1) ex divino beneplacito: Vid. *Num. 18. v. 6. & 7. Psal.*  
*76. v. 12. Ps. 45. v. 13. Ps. 68. v. 30. Esa. 18. v. 6. c. 60. v. 6. Soph. 3. v. 10.* (2)  
Ex CHRISTI ipsiusmet facto: quippe qui munera Magorum  
ex Oriente cum parentibus suis non respuit, apertis enim the-  
sauris obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham, *Matth. 2.*  
*v. 11.* Quin & à piis quibusdam mulierculis accepit, quæ mini-  
strabant ei de facultatibus suis, *Luc. 8. v. 2.* (3) Ex Sanctorum e-  
xemplo, qui dona obtulerunt & acceperunt, *Gen. 20. v. 16. c. 25.*  
*v. 6. c. 32. v. 14. 15. c. 43. v. 11. & 26. c. 45. v. 22. 23. Jud. 3. v. 15. c. 8. v. 24.*  
*& seq. Ruth. 3. v. 15. 1. Reg. 25. v. 18. 1. Reg. 30. v. 26. 2. Reg. 8. v. 10. 3. Reg. 9.*  
*v. 11. c. 10. v. 10. & 13. 4. Reg. 10. v. 12. & c.* (4) Ex laudabili munerum  
proprio, quo ea sunt signa amoris, gratitudinis ac benevolen-  
tiæ. Et quidem ex dantium parte: ut illi suam erga amicos  
humanam benevolentiam & benevolam humanitatem, imò  
non rarò etiam gratitudinem abundè probent atq; declarent.  
Mens n. latitat intus & tñ verbis, tùm factis sese prodit. Verba sa-  
lutatione & gratulatione nò simulata, quæ neq; hodiè rara, ita ut  
cū Antonio Caracalla, referente PHIL. CAMERARIO, *Operar.*  
*Succisiv. cent. c. 88.* etiam in hac ipsa, sis divus, modò non vivus



cogitent. Facta ipsis muneribus missis exprimuntur. Ex parte accipientium: ut illis de mente suorum amicorum aliquo modo constare possit, sicque utrinque mutuis quasi officiis certetur, & amicitia facta recta, quæ aliàs εὐνοια esse debet μὴ λανθάνουσα secundum PHILOSOPHUM, lib. 8. *Etb. Nicom. c. 2.* conservetur. In specie probationem merentur I. *Principum data*: Horum namque est in gratiæ documentum & meritorum compensationem dona largiri, quandoquidem à munificentia vocitantur *εὐεργεταί*, Luc. XXII, 25. Ideò & Deorum nomine condecorantur, quos benefaciendi studium Deo quàm maximè reddit simile: Qui enim beneficium dat, Deum imitatur, ait SENECA, lib. 3. *de benefic. II. Sportule*, quæ æquitate gaudent & ex gratitudinis scaturigine profluunt. III. *Varia amicorum donaria*, quæ & in antiquitate & in honestate & in charitate Christiana certa habent fundamenta atq; vestigia; ut v. g. Strena boni ominis gratiâ in Anni exordio oblata. Ab exortu penè Urbis Martiæ, inquit SYMMACHUS lib. 10. *Epist. 20.* Strenarum usus adolevit auctoritate Tatii Regis, qui verbenas felicis arboris ex luco streniæ, anni novi auspices primus accepit. Quod postmodum ita invaluit, ut omnes ordines Calendis Januariis Strenam Augusto etiam absenti in Capitolio conferrent. Imò ita excrevit, ut tandem Tiberius interdicare publicè cogeretur, ne præterquam Calendis Januariis strenæ darentur acciperenturvé, ut refert PANCIROLLUS lib. 1. *rer. memorab. c. de don.* Quo quidem edicto opus non est hisce quidem moribus atque temporibus, ubi avaritia plerosq; ita occupavit, ut cum quovis Alphonso, quem avaritia nobilitavit, teste BODINO lib. 6. *Polit. c. 2. n. 651.* vel potius Euclione Plautino certare facile possint. Hæc *ὡς ἐστὶν ἀπόδειξις*. De Nummis confessionariis *Beichpfennigen* quid dicendum? consulatur B. CARPZOVIVS in *3p. Consistorial. lib. 1. tit. 7. def. 118. & 119.* BALDUINUS de *Casib. Conscient. lib. 4. cap. 10. cas. 5.* KOENIG. de *Casib. Consc. cap. 5. cas. 12.* DEDEKENNUS in *Theol. Theolog. p. 2. pag. 735. & seqq.* Adde *Consilia Facultatum Theologicarum Lipsiensis & VVittebergensis, vol. 1. GERHARD. Tom. 6. Locc. Comm. fol. 519. & 520.* Modus autem & Christiana modestia seu moderatio ubique studiosè observanda; quam Veteres egregio hoc axiomatic argutè circumscripsère: *Nec omnia, nec passim,*  
nec



rec ab omnibus: Admonet hoc, inquit ERASMUS, in muneribus accipiendis, non solum verecundiam adhibendam esse, verum etiam delectum. Citatur ab ULPIANO *¶ Cro, in l. 6 §. 3. ff. de Offic. Procons.* ex Epist. D. Severi & Antonini his verbis: *Quantum ad Xenia pertinet, audi, quid sentiamus, vetus est proverbium: ἔτε τῶν δῶρων, ἔτε πᾶντοσε, ἔτε τῶν δῶρων τῶν δῶρων.* Nam inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est, & omnia avarissimum. Videri potest in hanc rem, quibus ita placet, ZIEGLERUS noster, Vir Divini juxta ac Humani Juris religiosissimus, *Conclus. 20. Di. cast. pag. 351. & multus seqq.* II.

*De donatione Constantini M. quâ Sylvestro Papa Romanam & occidentale Imperium concessisse scribitur,*  
*in c. Constantinus. dist. 96. quæritur:*

*Num donatio ista sit facta? & si facta sit, an robur ac firmitudinem obtineat?*

**U**trumque negamus. Quod enim de famosa hac donatione à Constantino M. Pontifici facta dicitur, verioribus ejus ævi monumentis atque Historicis repugnat, nec quartus Constantini filii & Gallicani consulatus reperitur, ut in subscriptione *d. c. Constantinus*, habetur, nec Damasus Episcopus Romanus in vita Sylvestri, aut Anastasius meminere unquam, & in herciscunda Constantini familia, testibus EUSEBIO *de vita Constant. lib. 4. cap. 49. 50. & 51.* ZOZIMO *lib. 2.* VICTORE *in Constant.* ZONARA *tom. 3.* Italia & Roma adeò ipsa recensentur, quomodo igitur donatam fuisse Pontifici Italiam, verosimile est? & Isidorus, Burchardus, Ivo, eam uti Apocripham decretis suis excluderunt, Agatho quoque Pontifex multa post secula ad Constantinum Pogonatum scribens, urbem Imperatoris servilem vocat. AGATHO *in Epist. ad Constant.* POGONATUS *in Actis sextæ Synodi.* Candidè & intrepidè HIER. PAUL. CATALANUS, *J. II. D. & Alexandri VI. cubicularius, in pract. Cancellar. Apostol.* hæc tradit de Constantini donatione. *Quod donatio Constantini etiam de facto non fuerit, lege Laurentium Vallam & Papampium in dialogo, nec de tali donatione quicquam legi apud probatum Historicum, præsertim apud eos, qui scripserunt illa ætate, vel illi proximâ. Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus scrutator & narrator rerum*



*Christianarum, meminit &c. nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Joannes Chrysostomus, nec Ammianus, nec Beda, nec Orosius meminerunt. Et constat per plures, quàm 300. annos post Constantinum Imperatorem tenuisse gubernacula urbis & Italiae per Duces, Praesides & Exarchos, & urbis Romanae usq; ad tempora Innocentii II. ut patet aperte in Chronicis & Historiis. Ut nihil nunc dicam, multa absurda haberi in d. c. Constantinus, prout ostensum à REINCKINGKIO in tract. de Reg. secul. & Eccl. lib. 1. class. 2. cap. 7. n. 46. & seqq. Praeterea donationem hanc eminentiores quique Romano Catholici scriptores pro falsa habuerunt & refutarunt, inter quos praeter ceteris fuerunt ANTONINUS Archiepiscopus 1. part. 6. tit. 8. c. 2. VOLATERRANUS in vit. Constant. MARSILIUS PATAVINUS in libro, cui titulus Defensor Pacis. NICOL. CUSANIUS Cardinalis lib. 3. c. 2. de concord. Catholica LUDOL. de BABENBERG. de jure Imperii Romani, cap. 13. LAURENT. VALLA Patritius Romanus in disc. de ficta hac donat. OTTO FRISING. Episcopus. lib. 4. quinimò ipse AENEAS SYLVIUS, qui postmodum Pius II. dictus, Pontifex Romanus, hanc donationem Constantini falsam esse, libro eam in rem edito, probavit, quem adducit CATALANUS loc. supra citat. Sanè summus Vir JUL. CAES. BULLINGERUS licet nullum non moveat lapidem, ut donationem hanc defendat, factam fuisse, adducens ipsa verba graeca ex scripto Codice Bibliothecae Christianissimi Regis Galliae; ad extremum tamen fictitiam eam, ipse haud obscure fatetur. Sed ut donatio illa Constantini fictitia sit, inquit, jure diuturnae possessionis ac legitime praescriptionis Romanus Pontifex, justiori titulo Romam obtinet, quàm Imperator Germania Germaniam. Sunt verba BULLINGERI in tract. de Imperio & Imperat. Rom. lib. 2. c. 6. Etposito, quod facta fuerit, non tamen illa jure valere potest: Princeps enim regalia in praesudiciu successorum alienare nequit, HOTOMANNUS Qq. illustr. q. 1. pag. 23. Nam proprietates & dominium bonorum Imperii non ad ipsum Principem sed ad ipsum Imperii corpus pertinet, MENOCHIUS conf. 146. ROLAND. à VALLE lib. 2. conf. 1. num. 126. Atq; bona Imperii capiti & coronae adeò annexa sunt, ut separari nullo modo possint. Insuper Imperator non ad destruendū, sed ad augendum*

Impe-



Imperium est electus, quod ipsi Imp. testantur titulo, quo hodie utuntur, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs: Et ex eo Augustum Romanis dictum vulgò existimant. Quæ non immeritò displicet CORASIO lib. 3. Miscell. 22. num. 6. & 7. eoq; satis id refutatur, quod Augustum Græci appellant σεβαστος, i. e. venerandum seu majestatis plenum, teste DIONE CASSIO lib. 53. Adde sis laudatum BULLINGERUM, gnaviter & graviter de nomine Augusti differentem, in lib. 1. de Imperat. Rom. cap. 17. Imperator igitur Imperio præesse debet atque consulere, l. 2. §. 11. ff. de Orig. Jur. subjectorum suorum commodum & emolumentum promovere, l. 7. §. 3. ff. pro emt. l. 27. ff. de administr. & per. tut. Imperiūq; amplificare, nō alienando diminuere, l. 28. §. ult. ff. de pact. Constitutus n. est, non ut alienator, sed ut moderator, ait SPRENGER. JC. in Inst. Jur. Publ. lib. 1. c. 4. q. 1. pag. m. 19. Neque Imperium in marsupio Principis est, inquit BALDO, in c. intellecto. Extr. de jurejurand. ita, ut jura ejus prodigere & pecuniæ instar per fenestram ejaculari ei liceat, sed in administratione & protectione. DD. comm. in l. benè à Zenone. C. de quadrienn. prescript. Quin nec Papa hujus donationis capax fuisset: quippè quæ de re cuius commercium non est, facta fuisset. Et possumus id, quod honestè possumus, l. 7. ff. de usu & habit. hoc verò honestè haud potuit Papa; cum contra leges peccarit, imò contra Jus Divinum, quod præcipit, ut Papa reddat Casari, quæ sunt Casaris, ac DEO, quæ sunt DEI; sicuti in medio etiam Papatus animosè respondit JO. PETRUS FERRARIENSIS in practica sua, in formal. responsionis rei conventi, in verb. prescriptionis &c. Vid. BRONCHORST. cent. 2. c. 21. τὸ παλαιόν, assert. 80. VVURMSER. Exerc. 1. Jur. Publ. q. 15. Ultimò donatio illa Constantiniana, ex ipsorum Pontificum Canonibus impugnari posset. Nam Honorius III. Papa contra donatarios Regis Hungariæ talem dedit decisionem: ut alienatio Regis Hungariæ ne quidem jurejurando valata, valere deberet: quia in maximum Regni detrimentum tenderet. Vide præter Auctores citatos Affinem nostrū Dn. D. NERGERIUM, in Auctario Disp. de Tutel. dat. ann. 654. hab. BECHMANN. JC. Jen. in Comm. ad A. B. exerc. 1. pag. 20. & seq. EL. REUSNER. Illustr. Qq. Hist. q. 4. & plures alios ab iis relatos.

III. Immense Donationes Principum indigis factæ,  
utrum à Successoribus sint revocanda?

De



**D**E quaestione hac satius quidem ducamus tacere prorsus, quam quicquam de illa scribere. Attamen temperare mihi haud possum, quin Nobilissimi JCTi, *CASP. KLOCKII*, iudicium subjungam. Ita autem ille: *Quando ordinarii redditus nequaquam pares sunt sustinendis oneribus Regni, Principi integrum est, rectam rationem inire donorum & largitionum. Qua enim uni donantur, pluribus eripiuntur; & ut superfluis satis fiat, necessariis subducitur: qua res est magni scrupuli, & jure deploranda. Certissimum est, nihil antopere Principum subditis suis charum reddere, quam liberalitatem. Sed & hic modus tenendus, & hac virtus sua habet extrema, à quibus Principem sibi cavere necesse est, & quam longissimo in illis recedere. Nunquam Princeps rebus inuilibus licite impendit redditus suos, qui domi sua impensis & aliis necessariis usibus sunt destinati: multò minus redditus extraordinarios; siquidem sanguis est à populi Venis eductus, ut ad utilitatem & Reip. incolumitatem expendatur: ita ut ararii sui prodigiosus esse non possit, sine gravi laesione conscientiae, &c. Nam si largitiones suas ex ordinariis redditibus deridet, populum suum destruere & exactionibus vexare aggreditur; sin ab extraordinariis, id recta rationi adhuc magis repugnat; Erarium itaq; restaurari & onera plebis sublevari possunt, si Principes eorumve Successores largitionum rationem ineant, & immensas donationes aut revocent aut restringant. Vide Ejusd. Tractatum de Erario, lib. 2. c. 45. fol. 678. & seqq. ubi quamplurimis id docet exemplis, & imprimis præclaro illo exemplo Henrici III. Castellæ Regis, cujus historiam eleganter ac prolixè contexit *JO. MARIANA* lib. 3. de Reg. Instit. pag. 263. & exemplo Caroli IV. Imp. de quo *WENCESLAUS HAGERIUS* in *Chron. Bohem.* p. 2. fol. 41. seq. nec non Innocentii IV. Pontificis; nã & ille, cum post obitum Friderici Imp. multis multa concessisset, postea ejusmodi donationes revocavit; quo tamen nomine eum damnat & improbat *ANDR. de ISERN.* in c. 1. num. 13. qui success. teneant, subjiciens, multum mali esse in exemplo, cum non sit proprium Imperialis vel Pontificalis majestatis, semel concessa rursus auferre &c. Similiter revocationem immensarum donationum Principi svadent, *LATHERUS* de Censu lib. 3. c. 1. n. 31. & seqq. *BESOLDUS* de Erar. lib. 1. c. 2. §. 2. circ. fin. & *RUREMUND.* in *Mammona oder Schlüssel des Reichthums* &c. quod consultum putarim, si res Domano subjectæ, vel bona ad Mensam Regiam, ut vocant, pertinentia, indignis & præter meritum omne à Prædecessore Principe donatæ fuerint, aliàs periculosas hujusmodi revocationes intutas, imò & indecoras, vix est ut non asseramus cum *CHR. PELLERO* in *Annotat. ad d. tr. de Erar.* n. 6. Sed manum de tabula.*

Δ. T. ©.

*O Bonitas immensa DEI! banc cantabo perennè;  
 Ipsi etenim accepto do omnia quæ teneo.*







3

**R**UDOLPHI Themidos cum jam subsellia  
calcas

Specimen ut monstres artis & ingenii,  
Conatum laudo: pergas tibi spondeo sanctæ  
Justitiæ Studium commoda multa dabit.

ita gratulatur  
Michael Sennertus, D.P.P.



Ad

Clarissimum sibiq; Carissimum

**DN. RESPONDENTEM.**

**P**erdere discincti nôrint quom parta nepotes,  
Donare dignis, utq; oportet, nesciunt,  
Nam Virtutis opus, mactare, est, munere dignum,  
Amusitata ut nempe Ratio jussert.  
Hinc de muneribus qua dantur mente benignâ,  
Tot Cordubensis scripta procudit Sophus.  
Hinc & Justitiæ qui librant omnia lance,  
Donationum fura jure examinant.  
Quæ jam, AMICE, premens vestigia Jureperitum,  
Eadem illa jura disputando discutis.  
Acclamo: QVOD AGIS, FELICITER! arduus arcẽ  
Tenere Juris nititor prudentia.

L. M. Q. S.

**PRÆSES.**

F

Ad





*Ad literatissimum Dominum RESPONDENTEM,  
Amicum & Sympatriotam suum hono-  
ratissimum.*

**D**ulce caput Musis, prisci candoris Amice,  
RUDOLPHI, Themidos gloria magna Deæ;  
Ipse quidem meritum meritò gratarer honorem,  
Quem Tibi certanti publica Jura parant:  
Sed Schola nostra vetat prolixum fundere carmen.  
Prolixi affectus carminis instar erit;  
Nec quicquam, nisi votum addo: TE servet JESUS  
Incolumem, & studium prosperet Ipse tuum!

*Samuel Kobl / Lommatio-Misn.  
Sch. Witt. Collega.*

**I**N die isto Tuo vix Fratris mererer nomen, si ta-  
citus ego, applaudentibus aliis, sedere vellem, nec  
ad letitiam presentis lucis conferre quicquam. Ec-  
quem enim impetus ille præclarus, quò in omne stu-  
diorum genus Te ferri video, adficiat magis? Aut  
quis jure potiori illis letabitur profectibus, quos pu-  
blicè testaturus hodie conscendis cathedram? Scili-  
cet est id naturâ comparatum ita, ut quibus ex ani-  
mo cupias benè, eorum res in altissimum adductas  
culmen cernere quàm primùm desideres. Quanto  
discendi ardore flagres, testis, clarissima Urbs, Mis-  
sena est. Ibi enim non contemnendam supellecti-  
lem comparasti TIBI eorum omnium, quibus, qui  
haut vulgariter proficere volunt, carere nullo modo  
possunt.







**W**er Kunst und Tugend liebt der kan nicht unten liegen  
Ob gleich geringer Stand ihn scheint zu bekriegen /  
Er schwingt sich doch empor: Diß zeigt sein Tugend Fleiß  
Ich wümdsche Glück darzu/ Es wachß ihm Ruhm und Preiß:


Dieses sagte eysfertigt hinzu  
Hans Rudolph von der Pforte.



Madrigal.

**W**e weit das Recht der Schenkung sich beziehe /  
Erweistest du/ Mein Freund nicht sonder kluger Mühe:  
Dein Lob das breitet sich!  
Wer so wie Du verkläret Sein Gehirne  
Steigt letztlich zum Gestirne!

Dieses setzte Glückwünschend hinzu  
Johann Joachim von Schlieben.



**A**recht Du triffst den Weg der Uns zur Tugend führet /  
Und weist in Wahrheit wohl / was unsre Thaten zehret  
Deumb liebt Dich Themis auch/ und giebt mit eigener Hand  
Dir selbst den EhrenKranz zu einem Unterpfind.

Dieses setzte hinzu


Hans Löser.













ULB Halle  
005 127 009


3




1077











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

NUM

A,  
cebergensium

E  
entissimo

HARFIO,

orum suorum  
do,  
onsvetis  
m

DOLPHI,

TICUS,

ANNIS HAKII.  
XIII.

Handwritten marks: '11' and 'AC' in blue ink.

Handwritten mark: '3' in blue ink.